EXERCITATIONES DUÆ.

Quarum prior

De *Passione Hysterica:*

Altera

De Affectione Hypochondriaca.

Authore

NATHANAELE HIGHMORO,
Artium & Medicinæ Doctore.

Editio Secunda.

OXON.

Excudebat *A. Lichfield*, Acad. Typog.
Impensis *R. Davis*, Anno Dom.
[illegible]

ALMÆ MATRI
OXONIÆ CELEBERRIMÆ ACADEMIÆ
ORNATISSIMISQUE VIRIS,
THOMÆ BARLOW
REGINENSIS COLLEGII PRÆPOSITO DIGNISSIMO,
ET,
RADULPHO BATHURST
MEDICINÆ DOCTORI,
ET COLLEGII Stæ. ET INDIVIDUÆ TRINITATIS SOCIO ORNATISSIMO;
SIBI MULTUM COLENDIS:
EXERCITATIONES
HASCE MEDICAS
DE
PASSIONE HYSTERICA;
ET,
AFFECTIONE HYPOCHONDRIACA.

Amoris ergo officioſe & ex
Animò D. D. D.

LECTORI CANDIDO.

AFfectiones istæ (Lector Amice) non minus doctorum ingenia, quam laborantium corpora diutissime cruciavere. Neque adhuc difficultates hasce solertissimorum extricavit industria, quin animus veritatis avidus in abstruso adhuc & tenebris versatus, qua si in luto hæreat; nec incassum minus satisfactionem, quam remedium ægrotus in discordantibus multorum opinionibus quæsiverit: uti cuivis morborum phænomena perlustranti, eaq; serio cum causis in scriptorum paginis designatis conferenti, erit manifestum. Mirum sane non est tot miseros miserallasq; cujusvis ætatis, sexus ac conditionis, morbos hosce tam pertinaciter, ad Medicorum usq; opprobrium, afflictari: cum neque pars affecta, nec causa morbi immediata rite cognita remedium direxerit. Uterus ac Lien in affectibus his male semper audiverunt, quam injuste autem facile erit ostendere. Quod ad primum spectat, non alia inducti ratione uterum accusant, quam quod fœminæ solum affectui huic sint obnoxiæ, aut quod motum per obscurum in paroxysmis sentiant in abdomine; cum interea cæterorum symptomatum & causæ, & partes, à quibus immediate effluxerunt, negliguntur aut ignorantur. Neque minus erronea est ista Lienis Hypochondriacorum accusatio. Multum sane illorum miror ingenia, qui partis alicujus delicta & errores tam perspecte designare poterint, cum de

officio & usu illius nihil certi constat. Cum itaq; prioris ævi scita erronea de usu ac vitiis partium, morbos hosce prolixiores potius ac rebelles magis reddiderunt, curamq; difficilem in annos sæpe, quandoque ad vitæ usq; terminum protraxere: quod in scriptis reperire non potuerim, diligentiori scrutinio in vivis spirantibusque exemplis perquirere statui. Diu itaq; morborum symptomata, eorumque varia perpendens phænomena: cum motum illum in hystericarum abdomine, non ab ascendente utero, sed à descendente diaphragmate profluxisse; læsamque respirationem pulmonum infarctuum, non uterum effecisse animadverti: Lienisque structuram cum officio non convenire, nec locum pro hypochondriacorum fluctuationibus ac murmurationibus in illius angustiis reperiri, & ventriculum semper fuisse inflatum, cum pertumidum medici damnarent lienem, ab alio fonte emanasse symptomata intellexi. Quod itaq; crebris observationibus sedulo fim exploratus hic in medium proferens doctiorum examini submitto; & quod nostra assequi non poterit imperfecta observatio, à felicioribus sequentis ævi ingeniis in apricum proferri exoptamus. Quos si ad penitiorem veritatis indaginem hoc nostro labore incitaverim, & ægrotis reique publicæ medicæ pergratum opus me exegisse reor.

N. H.

INDEX CAPITUM.

Exercitatio Prima.

CAP.I. *Articularis morbi Historia,* Pag. 1.
CAP.II. *De causis affectus hujus uterini, secundum authores tam veteres, quā neotericos.* 9
CAP.III. *De parte affecta, & morbi definitione.* 22
CAP.IV. *De morbi causa continente & antecedente,* 36
CAP.V. *De juvantibus quomodo mali causam illustrent,* 41
CAP.VI. *Quæ in affectu hoc nocent, morbi causam denuntiant,* 47
CAP.VII. *Quomodo pasciones affectum hunc incitaverunt,* 53
CAP.VIII. *Cur fœminæ solum hoc cruciantur malo,* 61
CAP.IX. *Quare in omni sanguinis fusione & febribus non invadit hystericus paroxysmus,* 67
CAP.X. *Quomodo spiritus animales in cerebro & nervis repositi in sanguinem*

caterosque humores & in copulentiorâ musculorum corpora agere poterint. 69
CAP. XI. *Quomodo spiritus hi designatas partes petunt,* 72

Exercitatio Secunda.

CAP. I. *Particularis morbi Historia,* 81
CAP. II. *De parte affecta,* 91
CAP. III. *De Affectionis Hypochondriacæ Causis.* 99
CAP. IV. *De Lienis usu & officio,* 111
CAP. V. *De succo Acido seu Melancholico,* 134
CAP. VI. *Historiæ cum causis examinatio,* 149
CAP. VII. *De juvantibus in Hypochondriacis affectibus,* 166
CAP. VIII. *De nocentibus in Hypochondriacis,* 175
CAP. IX. *An chalybs in Affectione Hypochondriaca Utilis sit?* 178

Πνίξ ὑστερική.

Suffocatio uterina, ſive ſtrangulatio ex utero.

EXERCITATIO PRIMA.

CAP. I.

PASSIO Hyſterica, ſive ex utero ſuffocatio eſt affectus fæminis familiaris, quo ſuffocari & quaſi ſtrangulari videntur. Quaſi ab utero ſeu partibus fæmineis cauſam ſuppeditantibus,

dira hæc mirandaque ſymptomatum cohors ortum peteret.

De nominis Etymo parum ſoliciti, hic non multum litigabimus uti nec morbus, an ſymptoma fuerit hæc paſſio. Sed ut clarius atrociſſimi hujus affectus innoteſcat natura; cum non minus ſit in accidentibus mirabilis, quam in ſymptomatibus varius, ut inexpertis ſæpe ſuſpicionem numinis præbuerit, hiſtoriam ejus brevi ſic depingendam curavimus.

Affectus hic ſive ſymptoma plures actiones lædens in Temperamentis pæne ſingulis, præcipue autem cholericis, ad iram pronis & otio educatis, in quibuſvis ætatibus virginibus, præcipue calidioribus, veneri pronis, viduis vetulis, etiam pregnantibus cacochymicis, & puerperis cernitur. In juvenibus plerumque deſinit cum parere incipiant. In ſenioribus ſi diutiùs duraverit propter cacochymiam vix curatur, in pregnantibus & puerperis periculoſum valde habetur malum.

Statis nonnunquam affligit periodis, certoſque circuitus nunc annuos, nunc quovis menſe, ſeptimana qualibet, aliquando

liquando ſingulis redit diebus. Nunc vagus, prout externis accidentibus, inſueto aere, vel paſſionibus commoveantur humores, nunc crebrius, nunc rarius paroxyſmo nunc breviore nunc longiore in miſellas furit.

Inſultus paroxyſmi frequenter ſubitaneus eſt, nonnunquam verò prænuntios habet magnos, capitis, frontis maxime, temporumque dolores, aurium tinnitus & pulſationes, triſtitias, cordis tremores, aliquando durabiles ſatis, nunc cito rurſus evaneſcentes, cibi faſtidium, aſpectum triſtem, ac faciei pallorem, ſpontaneas laſſitudines, vagoſque in artubus dolores.

Paroxyſmo invaſuro graviora ingruunt ſymptomata, excruciantque cordis gravitas inſignior, animalium actionum omnium torpor. In ventre infimo, præcipue ſub Hypochondriis, globi aſcendentis motus Diaphragma impetuoſe comprimit. Ructus, oſcitatio, pandiculatio, reſpiratio brevis ac crebra & tandem nulla, morbi adventum monſtrant: Cordis inde palpitatio fit

vehementior, pulſus imminutus aut nullus. Per gulam quiddam reſpirationem intercipiens aſcendere ſentiunt. Mox brachiorum crurumque varii motus convulſivi, diſtortioneſque capitis ac manuum ſtupendæ, geſticulationes miræ, deſipientia, fletus, riſuſque alternatim inſequuntur, frontis temporumque venæ turgeſcunt, totaque facies aut ſummè rubet, aut tandem liveſcit. Oculi inverſi ſunt, palpebræ frequenter dehiſcentes totum oculi album oſtendunt, dentes arctiſſimè cohærent, ac inter ſe colliduntur; cervicis vaſa, venæ ſcilicet & arteriæ diſtenduntur; vox ut in ſtrangulatis aufertur nihilque niſi gemitus & ſuſpirium eſt; etiamſi vehementer inclames, non ſentiunt. Senſus interiores omnes abolentur, ſimul & exteriores: finito paroxyſmo, aliquando ipſis nihil ignotum erit, nonnunquam omnia circa ipſas acta ignorant: deliria & convulſiones cum ſyncope, ſpumâ nonnunquam per os profluente, tragœdiæ huic complementum addunt. Oculi clauſi manent vel fixi. Totumque corpus refrigeratur adeo, ut per

dies

dies aliquot non raro inter mortuas enumerentur. Tandem suspiriis altis emissis, fletu sæpe largiore accedente ad sese redeunt. *Paræus lib. de hominis gen. c. 46.*

Sternutatio si supervenit citò paroxysmum claudit. *Schenkius obs. c. 288*

Placato paroxysmo, de angore cordis capitisque gravedine conqueruntur. languidæ corpore, viribusque destitutæ per dies aliquot insequentes jacent.

Quæ juvant, aut levamen saltem aliquo modo inferre videantur, sequuntur sic a medicis enumerata.

Abdominis utinque compressio, vel à fasciis valida constrictio, usque ad paroxysmi finem plurimum juvat; sicuti et graveolentia naribus, pudendis autem suaveolentia admota. Aquæ frigidæ hausti largiori sæpe a Paroxysmi vehementia liberantur. Frictiones extremarum partium, ligaturæ dolorificæ clysteresque revellentes multum prodesse videntur. Aquæ spirituosæ, theriacalis scilicet, Epileptica Langii, et hujusmodi simplicibus calidioribus,

vapores ac flatus discutientibus medicatæ, maximè accessionem minuunt; atque ideo Bezoartica omnia maximo cum emolumento exhibentur.

Quæcunq; sanguinis orgasmum concitatiorem restringunt tenuioresque ejus partes incrassant, & ad debitum temperamenti statum reducunt, contra illius impetum maximè valent.

In ipso paroxysmo, sanguinis ab extremis artubus detractio manifeste levat, eaque reiteratâ solâ, sepissime insultûs vehementiam fuisse fractam, motusque convulsivos profligatos vidimus cùm cætera omnia remedia nihil profecere.

Sunt & quæ extrinsecus adhibita paroxysmi furorem irritant, vel insultus adventum accelerant, & durationem augent: Ita suaveolentia vel in accessione vel extra ferre nequeunt, imo sæpe horum solummodo odore recrudescit malum. Quavis vehementi passione commotæ, vel ad iram, timorem, amorem, aut si nimiùm calore æstatis hypocausti violentiore subitò infervescant, aut frigore intensiori diu pori constringantur corporis, passio hæc inciratur.

Extra

Extra paroxysmum, dorsi doloribus, capitis gravedine ac distentione, partium extremarum cruciatibus fumisque calidioribus faciem ac caput petentibus vexantur. Aliquando laxatis articulorum ligamentis, motus vel impeditur, aut cum fragore quodam efficitur; palpitationes cordis sæpissime molestant, murmura ac rugitus frequentissimè sub Hypocondriis exaudiuntur: nunc frigidæ, nunc calidissimæ auræ ascensus per dorsi longitudinem nonnunquam rapidissimus percipitur. Et si diutius duraverit intemperies, & accessionum frequentia supervenerit; etiam extra paroxysmum actiones læduntur animales, & vel memoriâ abolitâ, aut diminutis cæteris animalibus actionibus insipientes exinde redduntur.

Sunt & alia symptomata huic cognata, maribus æque ac fœminis communia; quæ ut historiam hanc perficiant, sic ad causarum detectionem inservire poterint. Suntque Epilepsia, Convulsio, Incubus & affectio Hypochondriaca. In quibus præter motus convulsivos, in paroxysmo adsunt suf-

focationis metus, faciei livor, venarumque ejus ſumma diſtenſio, reſpirationis interceptio, thoracis lateriſque maxima compreſſio, quibus manum ut dolentibus ſemper admovent. In ſingulis vero hiſce ſymptomatibus non omnia enumerata reperiuntur ſigna, ſed in omnibus quædam inveniuntur, à quibus atroci huic affectui cognationem vendicent.

Abſoluta ſic morbi hiſtoriâ, quæ & futuri & præſentis paroxyſmi ſigna illuſtravit pathognomica, quibuſque remediis contemperatur ſymptomatum furor, quibuſque incitatur, deſignatis, facile erit hinc & partem affectam & mali authorem ſeu cauſam inveſtigare.

CAP. II.

De causis affectus hujus uterini, secundum authores tam veteres quam neotericos.

QUia affectus hic muliebris est, uterum mali authorem esse penè unanimo consensu contendunt Medici, quem seminis corrupti, aut sanguinis menstrui vapores sursum ferentes, motus in ventre ascendentis globi æmulantur: Diaphragma, respirationis organa, ipsumque cor inde violentâ compressione oppugnantur, & suffocatio seriò metuenda est, tandem succedunt Syncope, cordis motus, ac pulsus abolitio.

Alii hanc uteri in Diaphragma violentiam suspectam habentes, ad vapores, à seminis aut menstrui sanguinis in utero corruptela, malignos recurrunt;

qui prout in diversis elevati distribuuntur partes earum actiones lædunt. Ubi ad cor ferantur, ejus actiones prosternunt, ac spirituum influxu ad extrema inhibito, totum extra frigescit corpus, facies pallescit, pulsus imminuitur, imo Lypothymia et Syncope sequuntur.

Neque cerebrum diu a vaporum furore ascendentium est immune, sed venenata illorum qualitate constrictum spirituum fluxus animalium prohibetur sensus & motus omnis læditur, thoracis actio & Diaphragmatis intercidrtur, & respiratio redditur difficilis: Eodem modo quo dormientibus Incubo vox intercipitur; sensus tam interni quam externi depravantur, motusque incitantur convulsivi.

Carolus Piso motus convulsivos in hoc affectu non a vaporibus, sed a repletione cerebri ex proluvie serosa enasci putat, cum scilicet a repletione serosa in latus distendatur cerebrum ac sese brevius efficiat, totum genus nervosum ad se trahere, atque sic motus illos inordinatos edere constanteque inde rigores in Hystericis inveni-

niri autumat. Recentiores vero cùm ad membrorum motum, nervos solum pro spiritibus vicem supplere canalium, quibus aliis partibus transferantur & musculos immediate partes movere singulas intellexere ; hujusmodi nervorum à repletione contractionem, non minus quam Hyppocratis inanitionem à causarum excluserunt classe.

Hecstiterus affectus hujus causam, nec à viri contubernio consueto omisso, ut in viduis, nec a seminis corruptione in vetulis, quæ virorum concubitu nunquam gavisæ sunt, admittit, neque minus cordis refrigerationem, vel alteratione, vel fuga ad extra, vel revocatione ad intra caloris, factam damnat. Quin nec dissipatione spirituum, aut vitalis humiditatis (cum citò excitentur) fieri contendit. Ob cerebri vero & cordis quietem effici concludit. Cor autem ventriculos, ne virus Hystericũ ingrediatur, contrahit, à pulmonibus aerẽ non repetit, sed humor vitalis quasi coagulatus immobilis in ventriculis latitat, pulmones & thorax ad motum non solicitantur, à

cerebri

cerebro vim moventem non flagitant; Cerebrum à veneno conſternatum ceſſat à motu: prout membrorum horum arces diſpoſitas reperit, ita ſuas actiones dirigit venenum. Non autem a reatu omnino uterum excuſat, ſed ad ſpaſmodicam affectionem ejus errorem accedere opinatur, quæ ſi reliquis connatis partibus nervoſis communicetur, aſſurgunt & illæ in hoſtem. Primò abdominis, mox thoracis partes muſculoſæ tenduntur, reſpiratio hinc difficilis, mox impedita fit, medicamentis vero diſſipantibus abſumuntur vapores, ac uterus ad locum redit proprium.

Quod ad matricis ſpectat motum ſive proprium (quaſi animal foret, uti narrant cogitaſſe Platonem) ſive a vaſorum inanitione (unde appetitu humidi ſurſum ferri uterum vult Hippocrates) ſive à plenitudine (ut mavult Galenus) ſive à vaporibus ac flatibus incitatum, cum aſcenſus cujuſdam quaſi globi in ventre inferiore Diaphragma prementis, paroxyſmi hujus ſemper ſit comes crudelis, nefas erit jam Mulierculis non conſentire, motumque hunc ac mali totius cauſam non aſcri-

bere

bere utero, præsertim dum tota penè medicorum cohors illarum insomniis adstipulatur.

Uterum vero hujus erroris fuisse conscium admittere nequeam. 1. Quia affectûs hujus symptomata ab aliis dependere causis videntur, ut fusiùs infra demonstrabitur. 2. Quia talis motus quo Diaphragmati vim inferri videant, utero non competit. 3. Si motus iste ascendentis cujusdam in ventre infimo non sit matricis, nulla cogit necessitas, ut cor aut cerebrum aliasve partes a vaporibus uteri malignis periclitari, mitandorumque omnium symptomatum authorem fuisse concedamus.

Motus vero iste utero non competit. Quia omnis motus locomotivus (qualis iste uteri, secundum Hippocratis, Platonis, Galeni & aliorum placita, si quis sit, foret) per fibras nervosas parti movendæ, alterique mobili affixas efficitur; quibus contractis mobile ad immotum trahatur. Neque ullo modo ultra fibrarum principium, seu immobile illud quod movetur, progredi poterit. Uterus autē cum sit pars corporis membranosa inferioribus duobus

culis, totidemque superioribus, regioni propriæ affixa; nec se movere, nec à ligamentis ultra sphæram attrahi poterit. Accidit vero nonnunquam aut laxatis malèque dispositis superioribus vinculis, propria uteri gravitas deorsum tendat; laxatis etiam inferioribus, arrodente vapore incitata superiora sursum trahere uterum certum est. Ultra vero partem, cui & ipsa affiguntur ligamenta, matricem attollere nequeant. Vincula superiora, cum ossis Ilei lateribus annectantur nequaquam ad septum usque auxiliaribus hisce uterum adigere poterint: quia ultra fibrarum originem nulla datur trahendi potentia. Os vero Ilei infra septi stationem multo deprimitur.

Neque magis à flatibus inclusis elevatus uterus quã à motu proprio aut gravidatione in puerperis aut ventriculi & coli inflatione offendit. Ad ventriculũ usque extensa matrix in gravidis, nec talem edit motum, nec tam atroces generat affectus. Inflatus ventriculus Diaphragmata forsan premit, motum ejus liberum aliquantisper restringit; non respirationem tollit, aut convul-

sas relinquit. Medicorum observationes de uteri inflatione & hydrope, severiori scrutinio examinentur, & stupendas ejus extensiones ulnas nonnunquam binas vel tres excedentes, cum variis humoribus inclusis, iisque putrescentibus, non tamen symptomatum horum suffocationis aut ascendentis globi, conscias inveniemus.

Senertus hujusmodi pressus anguis, uterum suis vinculis restrictum, regioni propriæ affixum reliquit, & Testiculos fæmineos (qui laxius pendent, nec alicui arctè alligati, ut uterus) hujus mali motusque reos arguit. Qui a feminis corrupti vaporibus inclusis elevantur, & ascendentes septum violarunt, ac respirationem lædunt. Opinione & observatione Riolani suffultus, qui Anthropograph. Lib. 2. Cap. 34. Scribit se in Hystericis virginibus deprehendisse testes pugno grandiores, seroso semine turgentes, quinetiam Tubam uteri amplificatam & valde dilatatam.

Qui vero in dissectionibus versatus anatomicis testiculorum structuram & situm accuratiùs perpenderit, & illos

etiam regionibus propriis affixas & immobiles inveniet. Neque major in illis reperitur levitas, quàm in utero, ut inflati septum violare poterint. Vapores inclusi partes illorum distendere ac intumefacere, non loco movere possunt: ut ascendant globi instar. Neque semper in hoc affectu semen invenitur corruptum. Juvenculæ nuptæ quæ plures ex viri contubernio proles susceperunt, vel in mediis virorum amplexibus hujusmodi sæpe cruciantur symptomatibus.

Nec minus injustè sanguis accusatur menstruus, licet retineatur. Non enim in gravidis per novem menses detentus nec in quibus ad annum vicessimum & ultra fluxus hic expectatur, symptomata hæc concitat. Alios vero, rectè accedentibus menstruis, Hæmorroidibus identidem ubertim fluentibus, quibusque singulis quatuordecem diebus fluxus iste irritatur, ab atroci hoc affectu etiam vexari, medicorum observationes & frequentior experientia abundè testantur. Non itaque à retentis menstruis generatur.

Prædictis non acquiescentes ulterius

obiiciunt:

ciunt ; licet ſemen in utero aut vicinis vaſibus non corrumpatur, neq; ſanguis menſtruus retentus ſit, ut eo nomine putredinem acquirat, unde vapores venenati vitalia ac cerebrum oppugnent ; humores tamen illic congeſti peculiari modo corruptionis à peculiari uteri ſubſtantia nato, malignitatem induente, putreſcere & ad partes nobiliores vapores malignos tranſmittere poterint. Quaſi connata & naturalis in utero foret malignitas, quæ humoribus putreſcentibus hoc contribueret venenũ. Humores in aliis corporis partibus corrupti, vel ſanguis ſeu bilis, aut pituita, talia non generant ſymptomata, ſed peculiaris uteri ſubſtantia illud quod Phlegmonem duntaxat in aliis partibus efficeret, hic in venenũ cõmutat. Sed hic rationẽ afferre debeant quare malignitas illa naturalis ſine humorũ acceſſione perpetuos non evomat vapores : aut quomodo paroxyſmi fit intermiſſio, aut quare ſexus muliebris totus crudeli huic non ſit obnoxius affectui ? in ſingulis enim uteri peculiaris iſta reperitur ſubſtantia, nec deſint humores qui malignitatẽ iſtã induant ; a ſingulis lunare non ſolvitur tributum

nec causa nec materia desunt, solum effectus desideratur, omnes crudeli hoc carnifice non cruciantur. Pereant itaque & hæ claudicantes Hysteri-corum symptomatum hypotheses, nec majorem antiquorum insomniis invenient gratiam.

In Hepatis Anatomia a Dre. Glissonio nuper edita aliam hujus affectus rationem invenio. Ubi uterum partem principaliter esse affectam statuit; motum vero illius ascendentis quasi globi in ventre, & suffocationem ab illo proficisci non posse indicat. Sed vel per sympathiam, vel a vaporibus ab utero elatis Musculi abdominis affecti, ut malum excutiant, vehementi nisu contrahuntur, intestina fortiter comprimunt, tantaque violentia sursum adigunt, ut Diaphragma inde motum suum deorsum versus expedire nequeat, unde suffocatio advenit: motum verò illum seu tumorem ascendentem in ventre, esse duntaxat partium quarundam musculorum abdominis peculiarẽ mobilemque convulsionem, nempe in uno aliquo musculo, aut nonnullis illius fibris arbitratur; adeo ut convulso

ejusmodi

ejusmodi ab his in illas ejusdem musculi aut alterius fibras reptet, & quoniam fibras quas obsidet instar nodi aut tumoris attollit, locumque varie mutat, inde factum ut tum ægræ tum alii tumorem hunc mobilem sentientes matrici hanc loci commutationem adscribant.

Motum vero illum in ventre Hystericarum, atque inde suffocationem, à particulari musculorum abdominis convulsione provenire non posse arbitramur.

1. Quia Musculorum fibræ in abdomine dum contrahantur, in tumorem se attollere nequeant, contractæ enim distenduntur in latus, breviores & rigidæ fiunt, suisque affixæ terminis, extrorsum non impelluntur, sed omnia introrsum adigunt, simulque & ipsæ deprimuntur, atque ideo ut in tumorem seu nodum talem convellantur, illarum potius relaxatio quam constrictio requirit.

2. Convulsio fibrarum atque inde motus ille & perreptatio secundum fibrarum rectitudinem fieri debet à capite versus caudam ejusdem musculi.

Atque

Atque sic tumor ille nobilis vel obliq; descenderet, si in musculo oblique descendente ; vel oblique ascenderet, in oblique ascendente, vel transversim in musculo transverso perreptaret. In rectis solum versus Diaphragma ascenderet,qui cùm medium abdominis ad latera umbilici utrinque occupent,mobilis illa fibrarum convulsio & tumor solùm in medio ventris inveniretur. Admota vero manus etiam in Hypochondriis utrisque inveniri docebit.

3. Motum istum ascendentis globi & suffocationem in expiratione solùm sentirent, si a contractione & convulsione musculorũ abdominis fieret. Musculi enim abdominis expirationi ancillantur, quorum nisu & contractione inspiratio omnis intercipitur, viscera inferioris ventris comprimuntur: & abdomen decidit ac detumescit, sed tumorem illum, dum inspiret ægra, altiùs ascendere admota manus docebit ; dum scilicet septum continuatâ suiipsius contractione viscera inferiora,ventriculum scilicet inflatum deprimat,& intestina , tunc abdomen attollitur & ventriculus inflatus cum intestinis tumorem

morem efficit in hypochondriis; ut a qualibet septi contractione novâ, ultrà ascendat, & quasi movere quidquam cernatur. Ergo non a contractione Musculorum abdominis producitur.

Motum hunc, inspirante ægrâ, fieri diximus à contractione & descensu diaphragmatis, cujus motus obscurus continuò deprimit intestina & ventriculum, licet inspirare non cernatur ægra; imo omnem respirationem planè intercipi videtur, & inde suffocatio insequitur quia contractum & quasi convulsum septum contractioni musculorum abdominis non cedit, adeo ut nulla fiat fuliginum expiratio, aut pulmonum a sanguinis spirituosi infarctu lacuratio, nulla contemperantis aeris novi admissio, unde necessario sequitur suffocatio.

Causarum hujus mali catalogum, à peritissimis tàm antiquis quàm recentioribus prolatum medicis, habetis ventilatum. Neque tamen quamvis morbi historiæ quadrantem, aut ejus phænomena soluturam invenio: quas itaque in damnatarum locis substituimus subsequens demonstrabit enarratio.

CAP.

CAP. III.

De parte affecta, & morbi Definitione.

MAli causam descripturus, definitionem primo expediam, partemque affectam designandam esse necesse est.

Passio hæc (Hysterica dicta) est strangulatio à nimio sanguinis subtilis ac flatulenti in pulmonum vasibus cordisque thalamis, infarctu orta: Quo pulmones motum sequi thoracis & Diaphragmatis inhabiles, ac cor suos sinus ab infarctu illo pleniori, per pulsus, licet frequentiores, liberare ineptum reddunt. Atque hinc necessario insequitur primo dyspnoea, & inde suffocatio, quam ut effugiat natura, facultatem invitat animalem, quæ ne simul cum vitali pereat; spiritus suos copiose licet inordinate & irregulariter emittit, qui sic profusi, motus tales irregulares, quos convulsivos vocant, excitant.

Definitio

Definitio hæc descriptiva ex morbi historia examinata, & affectam partem, & morbi symptomatumque causam facilè commonstrabit. Quæcunque enim causa huic assignabitur, & omnibus vel plerisque historiæ observationibus non respondet, eam ex sufficientium causarum catalogo delendam esse judicamus.

De parte affectâ garrulam satis inter Authores foveri controversiam superiores paginæ retulerunt, quorum opiniones ut claudicantes & historiæ morbi non respondentes repudiavimus. In definitione verò statuimus partim in atrociſſimo hoc affectu & in paroxysmi furore præcipuè laborantem esse pulmones, cordique contermina vasa. Pulmones sanguinis flatulenti, tenuioris subitoque rarefacti infarctu gravati, à septo ægrè solicitante, moveri non poterint. Cordis thalami & auriculæ, copiâ irruentis sanguinis influi, per pulsus laboriosè licet repetitos lacunari nequeant. Hoc ipsum præ nuntiæ indicant tristitiæ cordis anxietas, tremor, palpitatio, pulsus

Pars affecta in Hystericis.

pulsûs frequentia, debilitas, intermissio, & tandem quies, cùm motus cordis planè defecerit, Lipothymia & Syncope. Pulmonum gravitas & ad motum ineptitudo, anhelitus graves, suspiria alta & frequentiora, thoracis quasi compressio, & in gulam ascendentis cujusdam respirationem planè intercipientis sensus; ac labor diaphragmatis solicitus, quo onere isto gravatos pulmones liberet, partes hasce laborare demonstrant: cum enim pulmones adeò infarcto sanguine graventur, ut à motu thoracis & diaphragmatis ægrè attollantur, quasi quidquam in gula ascenderet, querentur miserlæ: cum revera ipsi pulmones ob pondus insuetum movere, & ob quietem aerem admittere nequeant. Actiones hæ læsæ, propria & pathognomica Hystericæ affectionis signa, locum affectum seu proprium morbi subjectum enodant; uterumque à reatu prorsus excusant. Præcipuè pulmones affectos esse diximus, dùm verò incensus suam sanguis extendit tyrannidem, in singulas penè corporis regiones diffusus dominium exercet; dum in pulmonibus sistatur motus

ejus

ejus circularis, vasibus illorum sanguine jam copiosè infarctis, cordis dexter ventriculus lacunari nequit. Sed obice hîc sanguini objecto, jam ebullienti, in vasa refluit majora, truncum Cavæ descendentem, & jugulares, quæ ab arteriis continuatis ictibus successive adimplentur, capitisque vasa distendit multum, ac inde primo gravedines, dolores insignes, ac pulsationes efficit, deinde faciei, frontes, ac colli tument venæ, totaque facies ex abundanti sanguinis æstuantis profluvio rubet maxime, ac tandem livet. Neque aliter sese habent malo hoc laborantes, quàm si funibus strangulatæ forent, eodemque modo spiritus suffocantur & mors ipsa inducitur. Huic ideò non rarò supervenit Apoplexia, cùm à distensis vasibus spirituum animalium interdicatur profluvium.

Hinc per dies aliquot paroxysmo peracto, a vasorum summa distensione, de capitis gravedine, hebetudine spirituum, angore cordis, & tristitiâ conqueruntur. Oculis etiam caliginem, ventriculo nauseam, & ciborum fastidium, extremis dolores excruciantes, articu-

pulsûs frequentia, debilitas, intermissio, & tandem quies, cùm motus cordis planè defecerit, Lipothymia & Syncope. Pulmonum gravitas & ad motum ineptitudo, anhelitus graves, suspiria alta & frequentiora, thoracis quasi compressio, & in gulam ascendentis cujusdam respirationem planè intercipientis sensus; ac labor diaphragmatis solicitus, quo onere isto gravatos pulmones liberet, partes hasce laborare demonstrant: cum enim pulmones adeò infarcto sanguine graventur, ut à motu thoracis & diaphragmatis ægrè attollantur, quasi quidquam in gula ascenderet, querentur miserlæ: cum revera ipsi pulmones ob pondus insuetum movere, & ob quietem aerem admittere nequeant. Actiones hæ læsæ, propria & pathognomica Hystericæ affectionis signa, locum affectum seu proprium morbi subjectum enodant; uterumque à reatu prorsus excusant. Præcipuè pulmones affectos esse diximus, dùm verò incensus suam sanguis extendit tyrannidem, in singulas penè corporis regiones diffusus dominium exercet; dum in pulmonibus sistatur motus

ejus

ejus circularis, vasibus illorum sanguine jam copiosè infarctis, cordis dexter ventriculus lacunari nequit. Sed obice hîc sanguini objecto, jam ebullienti, in vasa refluit majora, truncum Cavæ descendentem, & jugulares, quæ ab arteriis continuatis ictibus successive adimplentur, capitisque vasa distendit multum, ac inde primo gravedines, dolores insignes, ac pulsationes efficit, deinde faciei, frontes, ac colli tument venæ, totaque facies ex abundanti sanguinis æstuantis profluvio rubet maxime, ac tandem livet. Neque aliter sese habent malo hoc laborantes, quàm si funibus strangulatæ forent, eodemque modo spiritus suffocantur & mors ipsa inducitur. Huic ideò non rarò supervenit Apoplexia, cùm à distensis vasibus spirituum animalium interdicatur profluvium.

Hinc per dies aliquot paroxysmo peracto, a vasorum summa distensione, de capitis gravedine, hebetudine spirituum, angore cordis, & tristitiâ conqueruntur. Oculis etiam caliginem, ventriculo nauseam, & ciborum fastidium, extremis dolores excruciantes, articu-

lis debilitatem affert paroxysmus præteritus. In intestinis viscosos humores discutit in flatus; atque hinc rugitus & murmura, dolores in hypochondriis luxuriant acuti. Vnde lien semper male audit, ventriculus & colon flatibus distenduntur, adeo ut & extra paroxysmi furorem, diaphragmatis illarum inflatione impediatur motus, & anhelitus gravis et difficilis reddatur, ut ægre sua munia obeant consueta.

In abdomine quiddam ascendere, & laborantes hystericæ, simul & adstantes opem ferentes affirmant, manus enim admotas strenue attollit & diaphragma comprimit.

Motus in Hypochondriis Hystericarum causa.

Verum a motu hoc erratico supra vindicavimus; hic ejus loco intestina, visceraque abdominis a diaphragmate violenter depressa substituimus, quæ motum quendam assiduum, quasi cujusdam ascendentis simulant: Qui motus quoniam a diaphragmatis motu dependeat, illius actionem & motum considerabimus.

Motus hic diaphragmatis licet modo naturali

naturali & ob finem consuetum (respirationem scilicet) fiat, tamen convulsivus quodammodo est & irregularis, ut infra illustrabitur.

Actio diaphragmatis in respiratione, est partium fibrosarum contractio, quâ extrema ad centrum, & totum summè tensum deorsum feruntur, & substrata inde deprimuntur viscera. Quæ ut spatium sibi congruum obtineant, hypochondria utrinque & abdomen attollunt: thoracis indè cavitas amplior redditur, dilatantur pulmones, & fit inspiratio. Laxatis autem fibris, diaphragma, viscera & intestinis loca propria petentibus, à musculis abdominis compressis cedit: & inde rursus in thoracis cavitatem impellitur septum, viscera sequuntur, decidunt hypochondria ac pulmones, & fit expiratio.

Ad motum hunc contractionis & relaxationis fibrarum, necessitate cor ac sanguinem refrigerandi incitatur diaphragma, quod ope spirituum animaliū perficitur: qui à cerebro in fibrosam ejus texturam affluentes, & alternatim redeuntes, & contractionem, & re-

laxationem celebrant. Dum affluunt ſpiritus, infarciuntur fibræ, extenduntur in latus, & fiunt breviores: Vnde neceſſario ſequitur contractio. In relaxatione omnia contrario modo accidunt. Motùs hujus neceſſitatem urget ſanguis in cordis ſinubus ſumme incaleſcens, qui in pulmones continua pulſatione ejectus, & inſpirato aere refrigeratur, & ampliore conciliatâ cavitate in pulmonibus, jam a ſepto diſtentis, uberius è corde exilit. Vaſa enim capaciora reddita copioſius ſequacem exhauriunt ſanguinem, præcipue ſi ob calorem tenuior, aut ob paſſionem aliquam concitatior fiat motus. Atque ſic quamlibet Diaphragmatis contractionem neceſſitati huic obedientem, cum in abdominis cavitatem deprimatur, pulmonum diſtenſio, vaſorum ſanguine & aere repletio, & hypochondriorum elatio ſequuntur; depreſſis enim inteſtinis attolluntur hypochondria & abdomen. Relaxationis vero comites ſunt thoracis & pulmonum compreſſio, aſcendente ſepto in pectoris cavitatem, & caſus hypochondriorum; ita ut Diaphragma ſurſum ac deor-

deorſum alternatim actum, Motum quendam aſſiduum ad extra in hypochondriis & abdomine ſimulare facile deprehendamus.

His ita ſtatutis, cauſam motûs illius in abdomine (quem uteri eſſe fingunt) & doloris ſpaſmodicam Septi contractionem ſequentis, facile explorare poſſumus. Sanguis enim in cor, ac pulmones impetuoſius præter ſolitum irruens, illorum vaſa ſumme diſtendit; ut ad Septi relaxationem fatiſcere ac deſidere (uti ſolent) nequeant. Sed quolibet pulſu plus a cordis æſtuantis ſinu arripitur, magíſque ſemper diſtenduntur, & tandem quaſi in gulam aſcenderent pulmones tumidi ſuffocationem minantur. Diaphragma (interim (cujus actio ſolummodo eſt fibrarum contractio) calore circa cor ac pulmones (a retentione fuliginum) acto, irritatum; ne ſuo deeſſe officio videatur, fibras ſuas vehementius ac creberrime ſtringit, & ſe in abdominis cavitatem qualibet contractione altius deprimit; unde pulmonum vaſa, amplificatis lobis, pleniori infarctu diſtendit. Inteſtina depreſſa abdomen & hypochon-

dria attollunt, motumque sic ascendentis, cujusdam illic æmulatur, tantoque vehementior fit ascensus, quantò violentiore contractione intestina cæteraque viscera compresserit Diaphragma, ut cuilibet, ubi libuerit, experiri licet, si in libera inspiratione manum hypochondriis imposuerit. Continuatas has fibrarum contractiones, perpetuâ necessitate solicitatas, quam brevissimæ & quasi tentatæ interpellant relaxationes, quibus pulmo flatulento, ac ebullienti sanguine infarctus minime cedit; atque ideo brevissima & quasi incepta solummodo expiratio continuò interrupta, repetitâ contractione simulatur; quæ cùm crebra ac parva sit, motus ille in abdomine nunc cessat parùm & quasi descendit, dum brevissima illa instituatur pulmonum laxatio; statim verò intenditur, altiusque ascendit, cùm deprimitur septum magis, magisq; admotum manum propellit; & hinc quodammodo mobilem tumorē illum sentiunt. Ac tandem cum ultrà adigi nequeat septum, irritæque relaxationes ad sanguinis flatulenti expressionem nihil profuerint strictis fibris summē, di-

stentum

stentum a motu plane desistit, tota aboletur respiratio, & maxime attolluntur hypochondria tumorque ille fixus in latere manet. Donec tandem ut a periculo maxime urgente liberetur Hysterica; facultas animalis (ut nullum immotum relinquat lapidem quo malum fuget) spiritus ejus in musculos abdominis expirationem facientes (cum inspiratione continuatâ nondũ levetur) copiose effundit, qui, contractis fibris, Intestina impetuose, etiam sursum, contranitente Diaphragmate, ad thoracis cavitatem compriimunt, et pulmones distentos, sanguine aeréq; fuliginoso expresso, deludere cogunt. Inde se contrahit Diaphragma, magnáque fit inspiratio sanguinis conflagrationem & furorem compescens, & sinus cordis rursus lacunant pulmones. Abdominis musculis alternatim constrictis, fit rursus expiratio, pulmones suum excludunt onus, & in hypochondriis mobile illud descendere sentitur. Hinc alta illa eduntur suspiria, quibus semper terminatur paroxysmus.

Sæpe etiam excitatur sternutatio, quæ si superveniat, bonum esse denuntiat

aphorismus: idque ut signum & ut causa, fortem enim & excitatam animalem facultatem, & Diaphragma a convulsivâ contractione liberum indicat: ut causa bonum est, quia violentia illa musculorum abdominis contractione, pulmones ab infarctu sanguineo distenti comprimuntur, & fælicior magísque ordinatus fit, illorum ac diaphragmatis motus.

Si qui viscosi humores in ore aut glandulis laryngis motus hoc solvantur, à perpusillâ illâ expiratione, quam supra tantum inchoatam non perfectam esse diximus, in spumam efflati per os sæpe profluunt, ut in Epilepticis etiam solent.

Similem huic Diaphragmatis motum, & effectum non dissimilem illi consequentẽ, in risu profusiore & immoderato videre liceat: qui aliquando tantus est, ut Syncopes & vitæ periculum sæpe inde provocentur; suffocationẽ, vasorum omnium in capite, ac facie, summam a sanguine repletionem, atq; inde rubedinem insignem, & tandem livorẽ (symptomata mali hujus pathognomica) concitat; imo ab hoc solum inordinato,

dinato, affectio hæc Hysterica excitatur. Quomodo autem tam tristis effectus a risu ortum habeat inquirendum est.

Risus a motu Diaphragmatis interciso frequenti & quasi tremulo efficitur; quo multiplex & interrupta expiratio in vocalibus instrumentis modulata sit. Damnum quod animali ab inordinato hoc affectu contingit, enascitur ex motu Septi interciso: cum nondum peractâ relaxatione, sequente alterâ fibrarum constrictione, interrumpitur motus ejus alternus: adeo ut nec expiratio perfecta, quâ fuligines effundantur, nec inspiratio proportionata, quâ sanguis é corde promatur, & ab aere in pulmones attracto contemperetur, celebratur. Hinc sanguis nimium excandescens, frequentibus é corde pulsibus emissus in pulmonum vasa copiose magis effunditur, quam ut ab interruptâ Diaphragmatis relaxatione depleri poterint. Atque inde restagnans vasibus pulmonum & cordis sinu dextro infarctis, cervicis capitis & faciei vasa æstu-

Quomodo risus hunc affectum generat.

anti sanguine impensiùs distenta turgent, ruborque perpetuò usque ad livorem auctus diffunditur; in corde suffocantur spiritus & ob quietem incipit grumescere sanguis, atque inde Syncope; In cerebro, à vasorum nimia distensione, spirituum animalium impeditur effluxus; atque sic artuum debilitas, aut motus convulsivus inducitur. In Capite & Cervice autem, quia frequentiores & majores sunt venæ quam in aliis partibus, distensio hæc facilius & gravius discernitur.

Diaphragmatis motu sic perturbato, cerebro etiam cordéque periclitante, ne totum ruat, in consensum vocantur omnes actiones: spiritus animales, ut ab inimico liberentur, impetuosè & inordinatè in omnes partes propelluntur, ac diversos edunt effectus. In corde vehementium contractionum, pulsusque primò inordinati tandem intermittentis, inde tremuli (donec infarctis nimium ventriculis plane cessat motus) sunt authores. In ventriculo inordinatâ fibrarum contractione vomitum causant. Oculorum glandulas & musculos stringentes, lachrymas involuntarias oc-

pioſe exprimunt. In muſculos nunc hos, nunc illos profluentes, motus cauſant convulſivos, geſticulationes miras, variaſq; partium diſtorſiones; prout hi vel illi ſpiritibus diſtendantur muſculi. Si ſpiritibus vapores flatulenti etiam adjungentur, pars ita diſtenta diu rigida & inflexibilis, convulſa manet; donec ſpiritus illi flatulenti vel externis admotis, aut calore partium naturali diſcutiantur, aut muſculi adverſi vehementiùs acti, in contrarium trahunt. In inteſtinis humores fundunt, & in flatus attenuant, ut præſens inde ſæpe augeatur malum. Rugitus hinc, ructus & murmura excitantur, flatuſque nunc ſub cute repentes, animalis cujuſdam greſſum fingunt, nunc inſtar fulminis proruunt, nunc aquæ frigidioris delabentis, jam æſtuantis fugam (prout eminus aut cominus à rarefaciente calore diſtant) mentiuntur; atque hoc etiam extra paroxyſmum ſæpe accidit.

CAP.

CAP. IV.

De morbi causa continente & antecedente.

CAusam itaq; continentem hujus strangulationis, Infarctionem sanguinis flatulenti & serosi, ebullientis in vasibus pulmonum & cordis, esse statuimus. Atque hoc non solũ medicorum testantur observationes, sed mali historiâ examinatâ, nullam aliam admittere causam queat hysterica hæc suffocatio. Inter observatores Medicos, Fælix Platerus obser. de respirationis defectu narrat quandam ante mensium eruptionem hystericis accessionibus & sanguinis expuitione semper laborare; cui vena quotannis in manu, & sæpe in pedibus, ut copiose affluereret, aperiebatur, & nisi hoc illi factum fuisset; sanguinem copiose expueret, & hysterica foret. *D. Hechsteterus* in suis obser. historias affert plures Hystericarum; quarum aliæ remoratis mensibus,

aliæ

aliæ fluxibus mensum inordinatis, singulis quatuordecem diebus redeuntibus, symptomata hæc perpessæ; solâ sanguinis missione decussatim per artus, eaque sæpius repetitâ convulliva (nihil cæteris proficientibus) terriculamenta profligata fuerunt. *Aretæus* coquam noctu sanam lectum ingressam mane ore a spasmo occluso inventam, vena in pede secta & anti-hystericis sanavit. Ex observatione propria plures cruentâ hâc vindictâ ab immani accessionum ferocitate liberatas; alias ex paroxysmi ipsius furore revocatas novimus. Unam atque alteram mensibus rite fluentibus, sanguinis vero expuitione tempore intermedio, antecedentibus tristitiis, crebris anhelationibus, respirationis interceptione, & quasi syncope tentatas; repetitâ solum sanguinis è pedibus detractione, pristinæ restituimus sanitati.

Præterea quotquot hoc conflictatæ morbo fato immaturo fungebantur, post mortem dissectæ, capitis, pulmonum ac cordis sinus & vasa admodum sanguine grumosa distenta magis quã par erat, aut in aliis cadaveribus soleret, hoc

infarctu sanguineo suffocari spiritus atque mortem inde accire ostendunt.

Causæ antecedentes internæ προηγούμεναι quæ continentem efficiunt ac movent, sunt 1°. Sanguificationis vitium, quo tenuior quam par erat generatur sanguis. Sanguis tenuior fit, vel quia serum debito non separetur modo, ob renum vitia, aut impeditâ perspiratione, restrictis poris, quâ semper laborant hystericæ; vel quia talis efficitur, & licet abundè serum per urinas aut sudores evacuetur; qui remanserit in venis, dilutus, tenuis & aquosus relinquitur. Hoc accidit â debilitate concoctionis, in hepate (secundum placita Authorum) in ventriculo (me judice) malè ingestos cibos comminuente, Unde partes ciborum fibrosæ & crassiores, sanguinis fibras constituentes, intactæ ventriculi laborem effugientes, in intestina secluſæ, cum excrementis, a Lacteis negliguntur. Sola tenuior spirituosa nimium, aquosa & dilutior chyli pars arripitur; ex quâ quid nisi serosus, tenuis & dilutus fluxibilisque exoritur sanguis? A debilitate coctionis non solum tenuitatem ob-

obtinuit, sed & flatus adjunguntur: quibus laxas magis distendit partes, etiam non incitatus sanguis: cum verò a calore externo aut passionibus commovetur, fulminis instar evolat, discutit ac penetrat; Atque sic ventriculi vitio & tenuis & flatulentus efficitur sanguis, quibus auxiliaribus cum suffocationis hujus authorem esse facile concludamus.

2. Pulmonum laxitas insueta, vel naturalis uti sæpius accidit, vel accidentaria inter procatarcticarum causarum numerum recenseri debet. Cum vasorum fibræ adeò relaxantur, ut sese stringere & contrahere nequeant; unde tenuis ille & flatulentus sanguis in vasa flaccidiora irruens, illa non renitentibus fibris, præter modum attollit, inflat ac distendit.

Meusum etiam retentio inter procatarcticas meritò enumerari poterit, præcipue si retentioni adjungantur tenuitas illa & flatulentia, licet non corrumpatur sanguis. Quibus lunaris sistitur evacuatio, circa præcordia gravedinem, respirationem difficilem, ad motum & laborem pigritiam, lassitu-

dines

dines spontaneas sentiunt, affectus hujus præludia. Suffocatione vero hic convulsivâ non affliguntur, nisi tenuitas illa flatulenta, cum pulmonum flaccicitate retentioni adstipulatur; multum tum paroxysmi adventum & furorem accelerat sanguinis illa accumulatio.

Animi pathemata in catalogo causarum, suaveolentia etiam externa, aliaque de quibus infra, locum habent.

Causarum hic catalogus ut historiæ observationibus exacte respondeat, sic & damnatum uterum a reatu vindicat; ut vero dubia solvantur omnia, ulterius, an juvantia etiam & nocentia, ut in historia morbi referantur, cum causis hisce conveniant, examinandum restat.

CAP.

CAP. V.

De juvantibus quomodo mali causam illustrent.

QUÆ in atrociſſimo hoc affectu juvant, etiam ſanguinem mali authorem facile ſuadent. Qualia ſunt præcipue ſanguinis miſſio; quæ ſi in brachiis adminiſtretur, minus attulit levaminis, quia ſanguinem ad ſuperiora moveri invitat magis. Maxima autem cum utilitate in pedibus inſtituitur: quo enim longius a corde ac pulmonibus revocatur ſanguis, motuſque ejus ad inferiora flectitur, qui modo impenſius ſurſũ in viſcera hæc ruebat, eo thoracis ac diaphragmatis motui ſequaciores redduntur pulmones ac cor ſuam liberius efficit ſyſtolen, quo ſinus ejus ab infarctu illo liberentur, vaſibus ſcilicet copia minori diſtentis. Nec ſanguinis orgaſmũ ſolum, atq; inde acceſſionũ frequentiã & hæmoptoſin iterata

iterata venæ sectio prohibet: Sed & in ipso paroxysmi vigore, cum summa repletione vasa laborant pulmonum, ita ut in gulam quasi ascendentes lobi, respirationem tollant, unico hoc remedio ad exteriora revocatur sanguis, vasaque deplentur, atque ita liberior statim fit pulmonum motus, & terminatur paroxysmus.

Ligaturæ dolorificæ extremorum, præcipue pedum ac crurum frictiones, uti & omnia revulsionum genera, per clysteres, purgantia mitiora cucurbitulas ac vesicatoria, tam accedentem paroxysmum, quam crudelia ejus terriculamenta fugant, & sanguinis in pulmones impetum refrænant.

Ideo prosunt ligaturæ, quia sanguis, qui per arterias in venas effunditur, ob ligaturas ad interiora recurrere nequeat, dum a fasciis constringuntur venæ, & in illis sic retardatur, ut pulmones cordisq; thalami quodammodo per arterias inaniantur, placideque fatiscentibus thoracis musculis desidant, qui modò inordinato sanguinis affluxu nimium distendebantur.

Cucurbitulæ extremis affixæ idem efficiunt

efficiunt; violentâ enim attractione, sanguinem in minoribus & cutaneis venis retardant, ut præceps ad interiora refringatur motus. Si verò mammis aut thoraci applicentur, respirationis difficultatem, hujus affectionis præludium, etiam in finis pariunt, quia hoc modo sanguinis motus ad pulmones centrumque accelèratur.

Quæcunque sanguinis orgasmum refrænare, illumque incrassare poterint medicamenta, plurimum juvant; ideoque largior aquæ frigidæ haustus, dum per Oesophagum transit, ob arteriarum majorum vicinitatem æstum sanguinis contemperat pauliſper, & adventantem nonnunquam paroxysmum retundit. Idem agit vitrioli stipticitas sanguinem figendo, cohibendo, & vasorum fibras stringendo, & contrahendo, unde distensioni ab irruente sanguine adeò obnoxia non sunt: eáque de causa specificum creditur in hâc & Epilepsia medicamentum. Opiata etiam omniáq; narcosin habentia, nisi illa quæ spiritibus igneis abundant, sanguinem fundunt potiùs & accendunt, uti vinum & aquæ fortiores spirituosæ. Quæcunque

cunque vero somnum placidè inducant & sanguinem figunt, huic adversantur malo.

Bezoartica omnia & alexipharmaca, quibus a centro ad circumferentiam tenuiores sanguinis partes & vapores accensi per diaphoresin educuntur, sudore erumpente plurimũ juvant. Qualia sunt corallia, succinum, Margaritæ, ruta, lapis Bezoar, castoreum, &c. Quorum spiritibus alexipharmacis cordis refocillantur vires; ut copiosius sanguinem æstuantem effundat; vasorum etiam fibræ spiritibus recreantur & stringuntur, ut fortius se contrahentes, irruentem sanguinem non tam facile admittant. Partes item sanguinis tenuiores, serosi, & flatulenti illorum calore benigno in minimas inciduntur particulas, & ad extrema fugantur, atque sic Diaphoresis promovetur, ut transpirantibus particulis tenuioribus sanguinis inde diminuatur copia, reardetur præceps ad interiora incursus, & pulmones cæteraque vasa inde depleantur.

Fermentationi etiam humorem adversantes, illos & quietos reddunt, &

in-

ingratam in ventriculo aciditatèm(quâ multûm augetur fermentatio in venis, flatuſque ubertim excitantur) compeſcere & indulcorare ſoleant. Vnde ſanguis minus flatulentus, modeſtius in canalibus circulatur.

Graveolentia naribus admota, vicem obtinuerunt remedii : ſicuti & ſuaveolentia pudendis ; cujus adminiſtrationis uſum, non ſine cauſa ſuſpectum habemus. Cum Plinii errori (nimirum uterum eſſe animal , quod ex propria voluntate movere poterit , ac odoribus afficiebatur)patrocinari videtur de ſuaveolentium naturâ , & quid boni vel mali huic affectui contribuant , infra declarabitur. Fœtida autem ideo auxilium præſtant ,quia ſulphure narcotico, quo maxime abundant; & a quo graveolentiam acceperunt, ſpiritus , ſanguinem & humores figunt , & furorem compeſcunt. Hujus claſſis ſunt plumarum accenſarum ac cornuum odor , caſtorei,ſuccini & aſæfætidæ halitus ; tabaci fumus, &c. quæ cum maxime graveolent, copiam ſulphuris narcotici , ſpiritus ac humores figentis, & orgaſinum cohibentis, fatentur.

Ab-

Abdominis utrinque compreſſio levamen adfert; ut uteri corpus aſcendentis deprimatur, aſſerunt mulierculæ. At cùm matricem immotam ſupra declaravimus, non eo nomine expectatur auxiliũ. Abdominis verò compreſſio ideo valet, quia inde compreſſa valide inteſtina, Diaphragma ſurſum violenter impellunt, unde fibræ ejus à frequentibus & ſpaſmodicis contractionibus non laceſſuntur: & thoracis capacitate diminutâ, pulmones compreſſi ſanguinem quodammodo quaſi expuere cogantur, fuligineſq; retenti expirant; atque ſic contemperato ſanguine, & depreſſis pulmonibus, quieſcunt & ſymptomata.

CAP.

CAP. VI.

Quæ in affectu hoc nocent morbi causam denuntiant.

QVæ nocent & affectum hunc concitare solent non minus sanguinem accusant.

Suaveolentia vel in accessione vel extra ferre nequeunt: imo sæpe hujusmodi solummodo odore malum incitatur, Moschus & Zibetha præcipue aliaque hujus classis caput gravare dicuntur, & affectionem hystericam promovent.

De Moscho refert Sennertus oculatissimus, si accepto vulnere in thorace nullus effluat sanguis, isque in pectore detineatur; æger granum unum moschi detineat sub linguâ, ita enim statim sanguis fluere incipiet, quod nonnulli pro secreto habent. Generosum quendam sexagenarium & amplius novi, qui ex moschi, ambræ aut hujusmodi vel levi odore, statim de dolore capitis insigni,

ſigni, non ſine narium hæmorhagia leniendo, conquereretur. Affectuum horum authores eſſe ſuaveolentia conſtat: at unde virtutes haſce acceperunt examinare non foret inutile.

Ex obſervationibus prædictis a ſanguinis fuſione fieri credamus: tenuiores enim bilioſæ & igneæ ſuaveolentiam particulæ cum ſanguine ac ſpiritibus admiſtæ, ebullitionem ac fermentationem conciliantes, vaſorum diſtenſionem, atque inde gravedinem & dolorem cauſant, & hoc primo in cerebro percipitur, ubi odores primo apprehenduntur, unde capitis dolor primo affligit: Inde deorſum verſus cor ac pulmones, ſanguis particulis hiſce inquinatus per venas recurrens totam contaminat maſſam, ubivis illam fundit; unde circa cor ac pulmones, ubi naturaliter incaleſcit, odoribus hiſce fuſus, conflagratio accenditur, ut ab æſtuanti ejus furore etiam pulſus variatur, intermittit ac cor ipſum tremit, laxæque pulmonum fibræ impenſius inflatæ & diſtentæ copioſo ac æſtuanti infarciuntur ſanguine, ut immobiles pene labor reddat; inde ſuffocatio

focatio hæc petit originem ; præcipue si sanguinem sequacem, tenuem, flatulentum & copiosum invenerint hæ suaveolentes particulæ; uti in mulieribus cholericis præcipue fieri soleat. In masculis autem nonnullisque fœminis, quarum pori sunt patentiores, ac diaphoresis major, nec sanguis ad liquefactionem sit tam facilis igneæ hæ particulæ facilè expirant, neque tanti incendii sunt authores, neque inde tam gravia generant symptomata.

Atque hoc illorum, præcipue Moschi & Zibethæ naturæ suadere poterint, cum ex animalium excrementis, putà sanguine bilioso putrefactis, originem petant. Moschus ex abscessu prope umbelicum animalis cujusdam profluit, referente Gesnero, vel uti Mercator quidam regionibus istis, unde nobis transportatur, faciens commercia, mihi narravit, ad hunc modum efficitur.

Incolæ (dixit) regionis cujusdam in India orientali, cum animal istud (damis non absimile) invenerint: primo canibus diu insequuntur venaticis, deinde cum prosecutionem ultra ferre ne-

queat canum, fessum & anhelans plagis abunde excipiunt, donec tota cutis sanguine grumoso â verberibus canumque morsibus maxime infletur, & intumescat ; tum cum incalescat adhuc, pellem ubivis attollunt & ligaturis strictioribus illam cum sanguine illo grumoso incluso circumligant totum in nodos ; deinde statim vivente adhuc animale, abscissis nodulis sanguine illo plenis, pro moscho optimo reservant, qui nobis sic in bursis coriaceis, ut ab animali abscindantur à, mercatoribus transfertur.

Zibetha est exudatio hujusmodi humorum in capsulam quandam, prope testiculos cujusdam animalis, à natura institutam, unde eruitur ad usum.

Atque sic Moschi & Zibethæ generatio quocunque modo sive à profluente abscessu, sive à grumoso sanguine crudelium incolarũ verberibus collecto fiat; à sanguine accenso & bilioso petunt originem. Hoc non tantũ temperamenti similitudo persuaserit, cum & bilis & moschus, uterque calidis particulis abundant. Sed quia odor utrisque multum similis invenitur. Bilis si distilletur

aut

aut concoctione ulterius elaboratur, moscho æquiparatur odore, quæodoris similitudo, naturæ etiam convenientiâ ostendit. Cum itaque de naturâ bilis participent hæc suaveolentia; mirum non est si igneæ horum particulæ (ob cognationem facile avideque admissæ) partes sanguinis jam tenues & biliosas fundant magis, & accendant vapores, qui humano corpori similitudinem obtinuerunt, facilius se insinuant, spirituſque prodiderunt.

Æstatis, Hypocausti aut balnei calore intensiori excitatur etiam malum hoc pestiferum. Cum ab æstu nimio & excandescenti, incalescit nimium sanguis attenuatus, & fluxilis; unde spacium amplius, quo contineatur, petens, in vasa pulmonum majora ac laxa proruit: quæ cum â spongiosa carne investiantur distentioni facile cedunt; Donec pondere nimio gravati diaphragmatis motum ulterius sequi nequeant.

Nec in minore periculo sunt, quarum pori multum frigore constipantur; præcipue si tenuis & flatulentus sit sanguis: hinc humoribus serosis magis abundans, ob vapores retentos facilius

attenuatur & accenditur.

Sanguinem hunc tenuem, bilioſum & flatulentum attenuant etiam & accendunt violenta exercitia & motus inordinati; ita ut ſæpe affectus hujus exiſtent authores. Nonnullas novi feminas à motu ſolum violentiore ſub ſole, in æſtate, crudeli hujus affectionis furore ſtatim prehendi.

Quæ diu ac ſæpius infantulos lactarunt huic affectui multum obnoxiæ inveniuntur. Fæminam novi quæ cum per annos penè viginti vel gravida vel nutrix vixerat; tam facilem ac violentum ſanguinis fluxum crebriori lactatione verſus thoracē conciliaverat, ut partus poſteriores, triſtitiæ, anxietates, cordis palpitationes, gravedines & laſſitudo ſpontanea (hujus affectus prodromi) ſemper concomitarunt. Continua enim lactatione ſanguinis motus præcipue ſi tenuis ac fluxilis nimium fuerit) verſus cor ac pulmones concitatior revocatur; adeo ut partes illæ non minus aliquando copioſo gravantur ſanguine, quam ſi cucurbitulæ mammis affigantur, quarū violenti attractione, (uti ſupra monuimus) reſpirationis difficultas etiam in ſanis promovetur.

CAP.

CAP. VII.

Quomodo passiones affectum hunc incitaverunt.

QUavis vehementi passione si commoveantur, recrudescit malum; turbato inde & accenso sanguine: quod modo sequenti fieri existimamus.

Spiritus animales per externos sensus, objectorum species tam gratos, quã ingratos animali recipientes, communi sensui statim communicant; ubi secundum cujusvis naturam excipiuntur. Si sub specie boni, avide & comiter; sin autem sub mali specie ingratæ sunt, cum improbatione & quasi nauseâ, ac solicita totius provisione admittuntur; præcipue autem partium quas principes vocant. Inter has vero Cor præsertim respicitur; quod ἑστίαν τῦ ἐμφύλε θερμῦ, καὶ ζωῆς. Focum calidi innati, ac vitæ fontẽ nominant; ad cujus nutum ac bene esse

reliquæ

reliquæ moventur omnes; ad cujus præfervationem cæteræ conformantur partes. Senſuum organa ſpeculatorum officia huic præſtantia, amicos ab inimicis diſcernunt; interim ſenſus, animæ facultates, ſatellites ac Manipulares, intelligentias et detectas ſpecies probant; ac cum aliis prius admiſſis comparant. Qui ex continuata experientia & notionibus anticipatis in memoria repoſitis; ſedulaque nuper admiſſarum comparatione, cum repoſitarum natura ac affectibus, de illarum conditione, an gratæ, vel ingratæ, toti vel alicui parti ſint profuturæ, dijudicant. Scientiam hanc experientiâ acquiſitam fuiſſe; animaliũ tabulæ raſæ (uti animam vocat *Ariſtoteles*) indicant. Quorum ſenſus communis de rerum naturis experimentaliter & ſcientifice judicare nequeat; neque exemplaria ex repoſitoriis memoriæ, adhuc vacuis, & quaſi raſis petere poſſit; atque ideo omnia tam bona, quam mala, avide æq; appetit & amplectitur, aut averſatur. Flammam non minore dilectu, quam papillam in fauces ingerit infans, & objecta amabilia non minus formidat, quam terribilia & inimi-

ca:

ca: non potens diſcrepantes diſtinguere facultates. Eſt enim in tenella hac ætate ſenſus communis ac imaginatio inſtar novæ alicujus advenæ in mundo, qui aut miratur objecta ſibi nova, aut ab iis perterretur, & perturbatur & quò pauciora in memoria reponuntur experimenta, eo paſſionibus moveri proclivores redduntur. Atque ideo poſt pueros & infantes, fæminæ promptius paſſionibus ſunt obnoxiæ; quia experimentis paucioribus inſtructæ, recte de naturis rerum dijudicare, vel actiones comparare nequeant. Atque ideo facile paſſionibus aguntur, & ad inſultus hoſce vel epilepticos inde ſunt proniores.

Objectorum natura communi ſenſui, comparatione facta jam nota cuivis parti, præcipue cordi, miniſtris ſuis mediantibus (ſcilicet ſpiritibus) quaſi Arcis Domino, & præfecto, certam objectorum notitiam, una cum ſubſidiariis copiis transfert, & ex diverſo ſpiritus diſtribuendi modo, quam objectorum ipſe admiſit apprehenſionem, cordi communicat; ipſoſque in illo motus, quos paſſiones vocant, excitat. Ex. gr. ſi

objectum speciosum & amœnum appareat; avide & cum gaudio amplectitur sensus, unde statim copiam spirituum per sextum par nervorum Cordi profusius mandat, ventriculo, hepati, pulmonibus, aliisque non neglectis partibus. Quorum pleniori accessu, fibræ multum distentæ sunt, ac quælibet promovetur actio. In corde cujus fibræ spiritibus impregnatæ motum evidentiorem edunt; subsidiorum effectus clarius manifestatur. Quo enim plures communicantur spiritus, eo vehementius contractæ fibræ sinus ejus constringunt, inclusumque sanguinem in arterias & pulmones propellunt; qui in arterias effunditur, pulsus varietatem passionibus conformem; qui in pulmones, respirationis differentiam constituit, ut in grati & amabilis objecti receptione, larga & æqualis fit spirituum transmissio; Cordis fibrarum magna contractio & constans, ventriculorum ejus constrictio proportionata, larga & ordinata sanguinis emissio, pulsusque magnus sequitur, tardus & rarus (cum magnitudo necessitate urgenti satisfaciat) quem Medici lætitiæ signum indicant. Effectus

ctus motum hunc cordis ac spirituum consequentes sunt copiosa sanguinis profusio in singulas arterias, præsertim pulmonum; qui inordinatâ hac plenitudine & calore abundantiori, ad motum frequentiorem solicitantur, unde anhelationes, & suspiria; & si sequacem invenerit sanguinem, vasaq; pulmonum laxatis ad distentionem apta, suffocatio frequenter hæc, imò mors sæpe insequitur.

Si admissæ species objectum ut malum phantasiæ ostendunt, vel ut malum irrefragabile, horrore plenum & toti pernicioſum apprehendit, & passionem illam quam *timorem* vocant, generat; vel ut malum cui propriis viribus, aut alienis adversari & resistere poterit, intelligit unde affectus ille quem *iram* nominant exoritur. In timore spiritus fixi ab inopinata mali eruptione, & exitu dubio consternati, remisse & languide cordi transmissi, motum debilem & rarum excitant, adeo ut sanguis in pulmonibus & cordis sinubus restagnans, quodammodo concrescit, unde syncope ipsaque mors non rarò supervenit. Sin autem mali horror non intendatur, spiritus

ritus copiosa transmissione defectum compensantes, impetuose irruentes, sanguinem colliquant & exagitant, pulsum reddunt magnum & frequentem, & in pulmones laxos copia excandescentis propellitur sanguinis, eosque ultra modum extendit ac graviores quam ut à debili adhuc diaphragmatis constrictione commoveantur; unde suffocatio hæc insequitur inevitabilis.

Ira quomodo affectum hunc generat?

Si objectum ut resistibile apprehendatur, ira excitatur; phantasia omnes suas exerit vires & spiritus, sublidia copiose & frequentissime cordi transmittit; & pulsus inde magnus, celer, creber ac vehemens excitatur. Cujus repetitis ictibus larga sanguinis portio in pulmones propellitur, qui si æquali ac proportionato diaphragmatis motu non lacunentur, si sanguis tenuis & flatulentus sit, excandescentium copia spirituum impregnatus, instar lactis ebullientis extumescit, at pulmones, ut antea dictum est, gravat & immobiles reddit, & insequitur paroxysmus hystericus.

Desipientiæ causam in affectu hoc ad spirituum

ſpirituum motum inordinatum, ac perturbationem in ipſo fonte, ſcilicet cerebro, & ſenſuum organis referre debemus; cum enim à nimia ſanguinis fermentatione volatiles nimium & excandeſcentes generentur ſpiritus, aut ſi à longiori pugna fermentatione peracta figantur nimium, aut ad alia peragenda ſevocentur, magnumque in contractionibus convulſivis & geſticulationibus irregularibus illorum fiat diſpendium; mirum non eſt ſi rite ſemper de rebus geſtis non dijudicent, & omnium vel plurimorum circa ipſas acta ignorent. Cerebrum inſuper calidiori illo incenſoque diſtentum ſanguine; & ingeneratione, diſpoſitione & diſtributione ſpirituum turbatur, adeo ut ſpiritibus etiam accenſis, delirium non raro paroxyſmi hujus ſit comes frequentior. Aliquando vero cum levior ſit ſpirituum conturbatio, & facultates internæ minus commotæ fuerint, ipſis quod in paroxyſmo accidit, nihil neſcium erit, nullaque inſequitur deſipientia aut læſio memoriæ. *Sola quies cerebri, ſapere facit, prudentiam ſubminiſtrat, & intelligentiam cauſat. Hip. lib. de morbo ſacro.*

Atque

Atque sic Hystericæ affectionis causas & effectus per historiæ observationes examinavimus. Nihilque arduum & difficile in illarum explicatione levi pede prætergressi fuimus: restat solummodo ut dubia nonnulla, quæ veritatem hujus rei aut obscuram aut ancipitem reddant, diluamus. Et primo hic quæri poterit, Si â concitatiori sanguinis motu, nimiaque effervescentia pulmones distendentis fiat hysterica hæc affectio, 1° Cur solummodo fœminis contigit? 2° Quare in omni sanguinis ebullitione & febrius, & quand quisus omnes hasce variationes subit, non invadit? 3° Quomodo spiritus animales in cerebro & nervis repositi & conducti, in sanguinem cæterosque humores, & in ipsa corpulentiora musculorum corpora agere poterint? 4° Quomodo spiritus animalas in motibus hisce inordinatis & irregularibus, etiam ad certas & determinatas dartes disponuntur & propelluntur?

CAP.

CAP. VIII.

Cur fœminæ solum hoc cruciantur malo.

MAsculis non competit hæc affectio licet symptomata hujus quamplurima Epilepticis, convulsis, Hypochondriacis, aliisq; tam masculis quam fœminis sæpe accidunt. 1° Quia major sanguinis portio cæteris paribus fœminis conceditur, quam maribus, uti Menstrua testantur profluvia, quorum fluxus per dies aliquot nunc diutius perpetuatur. Et in secundo septenario, id est, anno decimo quarto plerumque, nunc undecimo erumpentes, ad septimum usque septenariũ durant Menses: & post quinquagesimum ut plurimum subsistunt, cum scilicet calor innatus tantam sanguinis copiam non generat. Quæ sanguinis redundantia si non rite statis temporibus per uteri vasa evacuetur, aut accidentali

tali retractione recurrat; ad vasa majora & laxiora retrahitur, eaque distendit. Mares vero tanto solum gaudeant, quantum ad partium nutritionem sufficiat, atque ideo malo hoc non affliguntur. 2° Fæminarum sanguis tenuior est. Viri calidiores sunt & præ fæminis spiritibus abundant, unde plura excrementa ad cutē & extremas partes protrudunt quæ in fæminis in sanguine reservantur, illumque tenuiorem & dilutum efficiunt magisque fluxilem reddunt. 3° Ob imperfectiorem concoctiònem magis flatulentus muliebris semper invenitur sanguis. Unde ob tenuitatem facilius incitatur, ob copiam magis gravat, & ob admixtos flatus magis distendit ac citius funditur.

4to Mulieres pulsu debiliori fruuntur quam viri; unde sanguis ad extrema diminute propellitur, ut vasa interiora ejus redundantia distenta; præcipue in venis pulmonum majoribus & relaxatis magis quam in Maribus graventur & dyspnœam ac suffocationem cito efficiant.

5to Præterea fæminea Corpora sunt (referente Hippocrate) δυσδιαφόρητα νίκ

per

perspirabilia; molliores & laxiores sunt mulieres carne & cute. Unde ob flacciditatem & concidentiam pororum in carne, qui vasa nimis compressa sunt, haud libere perficitur in extremis sanguinis circuitus, & ob cutis permeabilitatem difficilem, partium serosarum & flatuum impeditur transpiratio. Rarius autem magisque foraminibus pervium est corpus virorum; & inde facilius & liberalius sudat, nec non penetrabile frigus flante Aquilone minus tolerat, quam fœmineum. Quarũ pori constricti vapores ac flatus retinent; unde sanguis tenuior, & ad motum proclivior efficitur: ut vel levi occasione rarefactus, majora in pulmonibus vasa adoriatur, eaque distendat; qui ob pulsus debilitatem, tam facile ad extrema propelli nequeat, sed ad interiora retractus angustiam hanc & suffocationem generat. In masculis pori patentiores sunt, fuligineſque sanguinem attenuantes & proritantes frequentiori exercitio absumuntur & expirant.

Viragines etiam aliæque plurimæ, quarum vel porosa cutis facile vapores emittit, aut benignior corporis temperatura

ratura talem non generat sanguinem, malo hoc non infestantur. Illæ vero pathemate hoc frequentius laborant, quarum temperamentum calidius sanguinem æstuantem ac tenuiorem creat, nec genitus per diaphoresin ventilatur, aut modo consueto non purgetur. Iis autem contigit hic affectus, quibus vel constans vel anticipata mensium evacuatio crudelem hunc reatum a sanguine vindicare videatur; cum vel in ipso profluvii tempore nonnunquam excruciantur. Quia a retentione fuliginum, sanguis jam tenuior, in hac commotione lunari fusus magis, & accensus, & in quamvis partem moveri inclinabilis, facile, vel a passionibus irritatus, vel accidentali pulmonũ distentione allectus, recurrere & spatium ampliorem in pulmonibus occupare suadetur: præcipue si evacuatio consueta fusioni non proportionetur Plures novimus fœminas, quibus ætate juvenili, diu mensium suppressione laborantibus, cum per uteri vasa postea natura evacuationẽ connata fuerit, quavis levi occasione, aliquando nulla evidenti causa, in ipso profluvii initio, sanguis in momento pæne ad superiora

recur-

recurreret; neglectisque tramitibus ordinariis, vel pulmones & cor aut cerebrum impetuose peteret. Imo quamplurimæ perpetuis Cephalalgiis dum fluant menstrua, à fusione sanguinis nimia vexantur.

Præterea cum fœminæ passionibus magis sint subjectæ, mirum non est si illorum effectibus magis obnoxiæ reddantur. Muliebris calor languidior & pauciores & debiliores generat spiritus, qui ut objecta male plerumque apprehendunt, sic & debilioribus argumentis phantasiæ & rationi satisfaciunt: atque ideo majus in illas dominium exercent passiones. Quomodo passiones sanguinem ac spiritus conturbant atque huic affectioni ministrant, supra ostensum est.

Sed hic quæri poterit, cur pulmones distensioni huic à sanguine fervidiore magis aliis partibus sint obnoxiæ?

Pulmones ideo magis copia hac gravantur, quia in illis ampliora sunt vasa, parenchymate dilatabili & spongioso circumducta, adeo ut facilius in eorum motu continuo distendantur; dum cætera viscera minoribus vasibus strictisque

que parenchymatum cancellis concluſis gaudeant.

Denique Mulieres malo huic proniores pulmonum gratia dicantur quia in fæminis anguſtius pro illis in thorace à natura conceditur ſpatium, quam viris; quorum thorax multo amplior diſtentis & inflatis pulmonum lobis facile cedit. In fæminis vero quod ſint arctioribus conſtricti cancellis, cum accidentali quacunque ſanguinis fuſione magis quam par erat extendantur vaſa; exigua pectoris cavitas pulmones inflatos ita comprimit; ut niſi ſeptum largiori & magis frequenti inſtaret motu, ſpacium diſtenſioni illorum proportionatum non inveniretur. Cum vero tenuior illarum ſanguis ſubito rarefactus nimium pulmonum vaſa infarciat, propter cavitatis anguſtiam relaxato diaphragmati non cedunt pulmones: quia tali temporis intervallo depleri nequeant, ut aſcendenti ſepto locum darent. Hinc ut fuliginum ſanguiniſque furentis excandeſcentiam tam in pulmonibus quam in corde evitet natura, Septum rurſus ad ſui ipſius contractionem, ut frigidum inſpiret, ſolicitat. Atque hinc augetur

infarctus,

infarctus, ac suffocatio sequitur. Quæ omnia a largiori thoracis masculi cavitate antevertuntur.

CAP. IX.

Quare in omni sanguinis fusione & febribus non invadit hysthericus paroxysmus.

IN febribus non semper excitatur hic affectus (licet convulsio aliquando superveniat) quia sanguis, febrili ardore absumptis tenuioribus ejus particulis incrassatur potius; ut tardiori progressu vasa permeet, non fulguris instar in partes irruat.

Deinde in hoc affectu sanguinis accensio & irritatio subita est; & in laxos pulmonum lobos in instanti pene profluit, eosque cito distendit.

Materia autem febrilis accensa pauliſper vitalia affligit, & sanguis in corde accensus non tantum in pulmones, irruit, sed & in singulas Microcosmi regiones distribuitur, vasaque omnia æqualiter distenduntur, sanguis ille qui pauliſper

lisper excandescit, celeritatem & frequentiam pulsus motui diaphragmatis respondentem excitat; ita ut pulmones frequenti pulsu exantlati & ab infarctu illo instantaneo liberari, non ultra septi regulationem adiguntur, sed ad diaphragmatis relaxationem sponte decidunt.

Convulsio autem febrium tam malignarum quam aliarum comes nonnunquam reperitur, quia à febrili calore cerebrum occupante, spiritus accensi irregulariter & inordinate musculoso generi dispensantur. Cum scilicet vi morbi adeo perturbantur facultates animales, ut spiritus nec dirigere, nec cohibere poterint; sed furiose & subsultim effluentes, nunc hos, nunc illos contrahunt musculos, ac motus in partibus irregulares edunt. Qui diutius rigidæ & contractæ maneant, si spiritus flatulenti una cum animalibus profluunt.

CAP.

CAP. X.

30. *Quomodo spiritus animales in cerebro & nervis repositi in sanguinem cæteroſque humores & in corpulentiora musculorum corpora agere poterint.*

UT ſpirituum activitatem in ſanguinem, cæteraque corpora cognoſcamus, & ſic ut tertiam diluamus objectionem, naturam illorum dignoſcere ac delineare non inutile foret.

Spiritus animales (de quibus hic agimus) ſunt Atomi quædam, minutiſſimæ ſanguinis particulæ igneæ, attenuatæ, rarefactæ, calore ac fermentatione in cordis ſinubus exaltatæ, & cum ſanguine ſimul per arterias cerebro tranſmiſſæ, ubi per ſubſtantiam ejus variis Meandris rivuliſque tenuioribus diſcurrentes, energia cerebri propria elici-

eliciuntur, à ſanguine ſeparantur, & in meatibus ejus ad uſũ reſervantur. Qui ob tenuitatem igneam vel denſiſſima, magiſque compacta corpora penetrare, eaque attenuare, dividere, & diſtendere queant; ob calorem partes dilatare & fovere poterint; ob activitatem, totum in momento percurrunt microcoſmum, & niſi humiditate cerebri contemperarentur, denſiſque firmarentur membranis, cito evolarent, aut excandeſcentes ſingulas animæ actiones perturbarent. Cum parti alicui (puriſſima prius cerebri ſubſtantia depurati) communicentur; in canalibus idoneis, duris, craſſis, intus vero ſpongioſis, nervis ſcilicet ducuntur. Nervi hi per totam, cui diſtribuuntur, partem in tenuiſſimas fibras & filamenta diviſi & ſparſi, ſingulis particulis illius partis ſpiritus porrigunt ac diſtribuunt, quibus copioſe ſi impregnentur fibræ, variorum motuum, ac ſingularum pene actionum fiunt authores. In ventriculi fibras copioſe affluentes ſpiritus, eas diſtendunt, contractiores inde efficientes, ingeſtos cibos primò leviter amplectuntur, poſtea aſperius paulo comprimunt,
donec

donec tota chyli exprimatur massa. Hepati cæterisque visceribus deducti, calore suo fovent, & sensationē quandam impertiunt, unde propria alimenta distinguere sapiunt. Genitalibus sparsi, calore illic aucto, partes distenduntur; unde copiosior sanguinis affluxus conciliatur, quo partes magis intumescunt; spumescit sperma, & ad venerem proritat. Cordis musculorumque fibris oblati; quia carnosiores, laxiores, ac molliores fuerint, nec obliquis (ut in membranis) texturis implicantur, motum conspectiorem edunt; cum illorum fibras impleant, ad latus distendunt, & inde contractiores factæ, partem mobilem fixæ arripiunt; & motus nunc tardus, nunc citatior efficitur, prout spiritus copiosè aut parcius in illas propelluntur. In sanguinem & humores agunt spiritus seipsos insinuando, & cum spirituosis particulis uniendo illos turbant & commovent; unde extumescens sanguis aut humor, in quamcunque partem illi cedentem, ut spatium rarefactioni proportionatam obtineat, irruit. Nonnunquam spiritus partes primo calefaciunt, & relaxant, poros dila-

dilatando ; unde vasa ampliora reddita facilius majorem humorum admittant quantitatem, atque hinc caloris ac tensionis majus accedit accrementum ; & pars excandescens ad continui solutionem penè intumescit; inde copiosior affluxus inflammationem accelerat.

CAP. IX.

40. *Quomodo spiritus hi designatas partes petunt?*

QUomodo spiritus hi designatas partes sine deviatione, aut errore petant, & hanc, non illam agitant, hic inquirendū est. In convulsivis motibus licet regularitas illa non semper observetur, sed promiscuè nunc hunc, nunc illum distendunt musculum. In aliis ordinatis autem motibus, cum passionibus item subserviant, ad locos designatos, idque semper accurrunt. In ira vel pallet facies, aut intensius rubet ac intumescit

scit; supercilia stringuntur, & contracta manus vindictam serio minatur. In tristitiâ facies torquetur, oculi obscurantur, fletus, gemitus & suspiria alta, ac crebra insequuntur: Lætitiæ comites sunt hilaritas, risus, oculorum vigor, ac vultus totius serenitas. Pudor erubescentiam, & oculorum dejectionem causat. Concupiscentia oculorum corruscationem & priapismum. Metus soboles sunt pallor, fuga aut consternatio; imo in omni passione, spiritus ad eas præcipue tendunt partes, quæ passionibus commoventur. Neque motus hi eadem in omnibus animalibus indicant pathemata. Canis quando subblanditur, caudam agitat, Leo cum irascitur; complacentiam indicat felis caudæ erectione; timorem, ejusdem dejectione Canis. Effectus hivarii ac diversi passionum comites sunt perpetuæ; quasi scientifice, & cum studio phantasia spiritus dirigeret non ex accidentali missione contingeret: atque ideo directorem seu conductorem illorum in sequentibus explorare debemus.

Præclarus dominus *K. Digby* horum effectuum causas ita demonstrare conatur. Cerebrum (inquit) objectis affectum, cordi statim per nervos, spiritibus, a corde prius transmissis, plenos, illa communicat, unde spirituum circa cor fit contractio, vel dilatatio, secundum objecti naturam, & pulsus vel augetur vel diminuitur. Hinc cerebro vicissim varia sanguinis & spirituum per arterias sequitur transmissio. Spiritus hi per cerebri Meandros discurrentes, humido ejus effluvio commisti & contemperati, tandē in ventriculos cerebri ex plexu choroeide expirant; ubi gravitantes, exinde in spinalem medullam decidunt; unde in cæteros nervos, vel antecedentes prementes, vel ipsi dilabuntur, & omnium motuum ista compressione fiunt authores.

Quod ad designatas partes sine errore tendant, ex varietate semitarum, ac introitûs in nervorum surculis oriri putat: unde spiritus secundum diversas qualificationes, vel admittuntur, vel repudiantur; aut quia cordis contractiones vel extumescentiæ nervos aliquos

quos claudant, alios referant, & in spirituum admissione electionem hanc efficiunt.

Sed, pace tanti viri, non sic dubia evicta prosternentur.

1°. Enim sanguis, non spiritus a sanguine separatus a corde cerebro demandatur; materia ex qua efficiuntur a corde transfertur: ipsi spiritus in cerebro a sanguine separantur, & postea cordi per nervos communicantur.

2°. Ex plexu choroeide non expirant spiritus in ventriculos cerebri, sed ex allecto sanguine in substantia cerebri, igniculi hi tenuiores separati in ea ad usum conservantur. Ventriculi autem nec illos retinere, nec ad nervos distribuere poterint. Cum a sinubus hisce ad palatum retroque versus cerebellum ad glandulam pinealem extrorsum patent exitus insigniores: unde hic contineri ac conservari nequeant.

Nervorum etiam origines a cerebro producto, seu a cerebri & cerebelli processibus unitis ducantur omnes, non a ventriculis: atque ideo in nervos inde migrare nequeant spiritus. Ventri-

culorũ usum esse cerebri excreta, serosas sanguinis partes, a reliquo in nutritione separatas colligere ac retinere, alibi denunciavimus.

Prætetea in spiritibus tantam inveniri gravitatem qua pressionem illam, ac tam veloces, eosque diu continuatos motus efficiant, haud possibile videtur. Gravia etiam in descensu æqualitatem quandam, cum in eodem versantur medio servant, neque nunc tarde, nunc celeri agitantur motu & è contra à præcipiti, ac rapidiori cursu statim tardiori sistantur gressu.

Spirituum motus etiam non semper deorsum fertur, ut gravitate agant, sed ad latus, aut sursum non minori velocitate advolant, quam deorsum. Chythariſtarum aur chelyſtarum digiti sursum elati, non tardiori aguntur passu, quam profugorum pedes.

Spiritus etiam eodem nervi surculo ad musculũ prolati unico illo musculo diversos exitare poterint motus. Digiti quatuor distenduntur ab extensore musculo, ossis humeri tuberculo externo affixo, in quem unicus tantum nervorum

vorum, ſurculus (ſcilicet primus ab interno ramo quarti nervi brachio exporrecti) unde ſpiritibus impregnetur, implantatur; a unico etiam muſculo, pari nervorum numero animato flectuntur. His tamen muſculis, digitos varie agitat eythariſta, primum mobilem tenet, paſſu tardiori tertium, quam citiſſime ſecundum digitum ad libitum etiam movet. Index ſeu primus digitus in ira, ſeu comminatione porrigitur, medius in deriſione, & infamiæ nota habetur,

(*--Mediumq; oſtenderet ungnem*)

cæteris omnibus contractis & immotis. Quam in digitorum motu varietatem, a compreſſione ſpirituum obgravitatem ſolam conciliatam oriri multum dubitamus: cum iidem ſpiritus per eundem tranſmiſſi nervulum ope unius etiam muſculi, diverſos, imo contrarios, motus edere nequeat.

Deinde in diſſectionibus anatomicis nulla in nervorum ſpongioſis canalibus reperitur varietas, qualis a nobili autore excogitatur.

Neque magis probabilis erit illa nervorum clauſura, ex pulſuum varietate

orta. Cum inter nervos & arterias nulla sit communio; longeque sæpius a se invicem progressi, neutri opem ferre, vel alterutrum turbare poterint.

Præterea motus nonnullarum partium, præcipuè celeritas motus, crebris experimentis & longa assuetudine acquiritur; qui ab ordinario spirituum affluxu (multo minus a nervorum clausura) non expertis nullo modo perfici potuerint, qualis est celeritas illa in chelistarum digitis. Necnon in lusu illo puerorum, quo una manu pectus perfricare, alterâ frontem percutere conantur. Licet intensio & imaginatio valida satis, & ad motum perficiendū maxime solicita fuerit; non assueti tamen, vel ambabus & pectus & frontem perfricant, aut ambabus percutiant manibus, consentientibus spiritibus ad eosdem in utraque manu musculos transmissis. Neque multum hic aberrare videar, si quemlibet animalis motum voluntatis dictamen insequentem experientiæ prolem appellem.

Hisce circumsepta difficultatibus prædicta opinio cum sit, ad ulteriorem horum motuum causæ disquisitionem facile,

facile, non meliori forsan successu, persuadebimur.

Spirituum itaque in motu directorem alium quam *animam* ipsam ex modo & mediis agendi elicere non possumus. Quæ à Philosophis *tota in toto, & tota in qualibet parte* existere dicitur. Existentiam autem illam & habitaculum in spiritibus stabiliri, per singulas corporum particulas dispersis judicamus. In tugurio enim materiali & corpulento, inter partes tangibiles incarcerari, minimè cum spirituali animæ essentiæ convenit; neque revera sine mediis, alter in alterutrum immediate agere poterit; secundum axioma illud Philosophorum. *Materiale non agit in immateriale.* Spiritus itaque qui exactissima in corde ac cerebro præparatione, ac subtiliatione omnem amiserunt tangibilitatem, media fiunt idonea quibus anima in tangibiles corporis partes operari, & cordus vicissim suas animæ communicare affectiones poterit. In quodcunque itaque corporis latibulum pervagantur spiritus, animam inseparabilem & dirigentem semper comitem

obtinuerunt. Quæ nullarum paritum ignara, ſemitarum ſingularum deviationibus & labyrinthis ſatis inſtructa, mirum non eſt, ſi in omnes quas velit tramites ſine errore aut deviatione ſequaces ducat ſpiritus; eoſque ad libitum in furorem exagitet, aut reprimat rurſus & demulceat.

DE

DE
Affectione Hypochondriaca.

EXERCITATIO II.
CAP. I.

Affectio Hypochondriaca cum uterinæ ſuffocationi effectus non abſimiles ſæpe producat, cum illa non immerito cognationem habuiſſe antea pronunciavimus. Imo ſæpe in mulieribus ita confunduntur ſymptomata, ut a peritiſſimis vix diſtingui poterint medicis. Cujus naturam ab intempe-

rie calidâ & ſicca vaſorum meſenterii, hepatis, & præſertim Lienis dependere vulgo æſtimatur; atque ideo ſemper *lieni* male audit, & omnium inde ſymptomatum emergentium author eſſe creditur. An vero tantorum reus ſit facinorum, hic ex hiſtoriâ affectionis hypochondriacæ brevi inquirere operæ pretium fuiſſe animadvertimus.

Affectio hæc ex ſyndrome plurium concinnata ſymptomatum; in temperamentis præcipue cholericis habitu corporis tenuiori melancholico dicto furere cernitur. In ætate media circa annum trigeſſimum, uſque ad vitæ nonnunquam terminum producta, plerumque invadit; pueros aut adoleſcentes rarius aut nunquam.

Mares magis ac frequentius affligit quam fœminas, in his vero magis incurabile habetur malum; cui ſæpiſſime ſupervenit uterinus affectus, aut conjungitur; frcobutus his ſæpe additur & fluor albus in fœminis.

Morbus non minus antiquis, quam neotericis notus medicis: hoc licet ſeculo frequentius graſſatur, adeo ut in omnium ore & ſcriptis inveniatur, ac

pro

pro communi quadam calamitate, & seminario quodam omnium pene morborum habeatur. Ab Hippocrate ἀναπνικῆς *morbus siccatorius* dicitur, A recentioribus Hypochondriaca affectio, quia præcipua symptomata in Hypochondriis laborantes excruciant; quæ sic a scriptoribus ordinantur. In partibus naturalibus conspiciuntur hæc.

1°. Ventriculus semper se male habet, & multa circa eum mala apparent symptomata, cibos ferre nequit, sed male coquendo, in materiam nunc aqueam, acidam, acerbam, ponticam, nunc viscidam mutat. Quæ in ventriculo relicta, nunc sursum repit, & os ac linguam saliva & humiditate aquea copiose replet, ut continuo expuere cogantur ægri; sæpe etiam vomitu rejicitur pituita viscida, & acida. Hæc sæpe in ventriculo humorum præcedit ebullitió, & inde flatuum copia excitatur, qui miro quodam boatu continuo eructantur; vicinas vero distendunt partes, scilicet Hypochondria; ac tantam circa præcordia angustiam & anxietatem concitant, ut ægri interdum in lypothymiam incidant. Quæ

non

non prius demulceantur ſymptomata, quam quod in ventriculo fluctuat, vomitu rejiciatur; quod vero tenuius & vaporoſum in venis reperitur, per poros diſcutiatur; quod interdum cum horrore febrili accidit, quem calor, cum ſudore viſcido evaneſcens ſequitur.

Dolores etiam ventriculi adſunt vehementes (qui nonnullis ad dorſum uſque procedunt, ut ab ægris, imo incautis medicis ſæpe pro nephriticis habeantur) qui interdum jejunos, & interdum etiam à cœnâ moleſtant; nec ceſſant prius quam cibos crudos & pituitam acidam, ferventem, viſcidam & ſibi cohærentem vomitu rejiciunt. Cum jejunos anxietates & dolores hi affligunt, cum nauſeâ & perpetuo vomendi deſiderio torquentur miſeri; nec quidquam ſperatur levaminis, priuſquam potus vel ciborum ingeſtione refrænatur ebullientium humorum furor.

Alvus ſemper adſtricta eſt, & pigrè ſua deponit excrementa; unde flatus retenti abdomen & hypochondria tendunt; dolor, fluctuatio, rugitus & murmura in ſiniſtro latere audiuntur:

Fæce

Fæces bubuli ſtercoris non abſimiles, plerumque nigras, terreſtres, limoſas & quaſi argilloſas reddunt, pituita viſcida & tenaci permixtas, quas non niſi acrioris medicamenti ope facultas expultrix rejicere poteſt. Interdum tamen ſi humores acriores reddantur & exaſpirentur, fluxus excitatur alvi, nunc bilioſum humorem, nunc melancholicum admixtum habens.

Æſtus in hypochondriis, & quaſi inflãmatorius affectus moleſto ardore & fervore inrerno, in hypochondrio, nunc uno, præſertim ſiniſtro, nunc utroque ægros affligit. Qui ſe magis exſerit, cum ingeſtis aliquo modo agitentur humores; cum largiori potu, aut multiplici ciborum varierate infarcitur ventriculus: tunc malæ præcipue accenduntur, & tota facies rubore affunditur & incaleſcit.

Vrina nunc tenuis eſt, paroxyſmi inſtantis indicium, ſine ſedimento & inconcocta; plerumque turbida, craſſa, rubra, acris, interdum fætida. Quibus urinis ſæpe materia aduſta, ſalis particeps, quam tartarum appellant, copioſe excernitur; & arenularum rubrarum inſtar

instar parietibus matularum adhæreſcat ægriſque calculi metum adferat. Aduſtam hanc materiam ſabuloſam, ad latera matulæ hypochondriaci cujuſdam, inſtellarum figuras hexagonas, non ſine ordine conſperſas, exactiſſime formatam vidimus. Nigra urina plerumque morbum ſeu paroxyſmum ſolvit. In vitalibus hæc cernuntur.

Adeſt anxietas, cui ſæpe accedit lypothymia, cordis palpitatio, velox & inordinatus cordis & arteriarum motus; pulſus varii, duri, nunc tardiores, nunc concitatiores, frequenter intermittentes excruciant ægros, ut jam de ſalute plane deſperare ſoleant.

Pulſatio præterea in hypochondrio ſiniſtro, præcipue poſt motum vehementiorem aut iram affligit.

Palatum; lingua & os exiccantur multum, & non levis continuo excitatur ſitis.

Reſpiratio difficilis eſt, præcipue ſi inſueto modo commoveantur. Dolor & conſtrictio in pectore ſentitur, qui ſuffocationem minatur; multumque ſolicitos reddit ægros.

In capite doloribus ita vexantur, ut cere-

cerebrum è cranio evelli conquerantur. Vertigine & mania inde sæpissime laborant. Si diuturni dolores sint cum vertigine associati, in Epilepsiã & convulsiones, vel cæcitatem, interdum in utrumque, nonnunquam in apoplexiam incidunt. Memoria aboletur, circa oculos caligo obversatur; aliis aurium fit sonitus, loquela deficit, & lingua quasi rigere sentitur. In nonnullis metus, tristitia, falsa imaginatio excruciat, ut se fascinatos, aliisve afflictos morbis facile credunt. In membris lassitudines spontaneæ, quietem affectare, & ad motum tardiores efficiunt. Dolores insignes & vellicantes in extremis digitis, tam manuum quam pedum, ac formicationis sensus & stupor excitantur.

Vigiliæ molestæ & somnus perturbatus cum insomniis terrore plenis, præsertim post mediam noctem molestare solent: ad mediam noctem dormientes satis bene, postea vigilant. In quibusdam vero post tertiam vel quartam horam, iterum mane succedit somnus.

Post pastum facies rubore conspersa, multum

multum accenditur nunc universim, interdum circa genas & nasum solum coruscavit rubor.

Symptomata hæc omnia non in omnibus reperire licet: sed alia in aliis, nunc pauciora, nunc plura apparent: & licet semper hâc laborantes affectione subinde aliquid mali de quo conquerantur, habeant; qui ea tamen graviter afficiuntur, vehementioribus interdum infestantur paroxysmis, cum symptomata, vel præcipua, increbuerunt.

Affectus difficilis est, & quo vix alius tanta symptomatum varietate & ægro & medico plus negotii facessit. Ab alvi tamen laxitate moderata vomituque cum εὐφορία vel narium hæmorrhagia, hæmorrhoidum apertione, mensium in mulieribus profluvio, aut varicibus sæpe expectatur remedium. Sin vero contumaciſſime opem recuset medicam, vel in scorbutum, aut hydropem degenerat; vel in febres, hecticæ non absimiles incidentes, tabidi moriuntur.

Remedia quibus morbum hunc profligare conantur medici, sunt venarum apertio-

apertio, natura vel arte, inſtituta; eamque per hæmorrhoides præcipue, maximam adferre utilitatem animadvertunt; an vero ab internis vel externis non multum intereſt: natura externas etiam commodè referat, per eaſque ſanguinem feroſum, & ſalſum ſponte evacuari, ab hypochondriacis facile intelligamus, plurimumque prodeſt. A reliquis in brachio, vel alibi venis detrahere, ni ſimul adſit plethora, aut circa viſcera φλόσωσις aliqua reperiatur, nulla cogit neceſſitas.

Medicamenta levia vel per vomitum aut ſedem ſubducentia ſemper in uſu ſunt: fortiora omnia vitanda ſunt, ne exaſperantur humores, & malum inde crudelius affligat.

Amara omnia proſunt, dulcia & acida inimica: ideoque cichoreum, abſinthium, centaurium minus, gentiana ex numero opem ferentium habentur.

Diuretica prodeſſe ſperant, cum natura talem inſtituente evacuationem, ut plurimum ſanitas reſtituitur priſtina. Hiſce non cedenti remediis, efficaciſſimis

mis istis chalybe, acidulis & thermis occurrendum est.

Nocent omnes in dieta errores, si potu præcipue vel cibis nimia varietate peccetur, aut copia ventriculus, obruatur ; præsertim si flatulenta, qualia sunt fructus hortarii , acida, musti , & non defæcata cervisia , vel fortiores nimium liquores copiose ingerantur , vigiliæ nimiæ , exercitia immoderata, aut vita sedentaria, animi nimia intentio, & lucubrationes, præsertim à cœna,animi pathemata graviora affectum hunc vel producere , vel præsertim fovere & augere solent.

CAP.

CAP. II.

De parte affecta.

ABsoluta sic morbi hiſtoria in partis affectæ & cauſarum inquiſitione laborandum eſt.

Antiqui medici affectam partem fuiſſe ventriculum (ut ex Hippocrate & Diocle pateat) cogitarunt: & tali charactere deſcripſerunt. Hip. 2. de morbis ſic affectum hunc delineavit, non inediam, non cibum ſumptum ferre poteſt, ſed jejuna quidem rugitum viſcera edunt, ventriculi os movetur, & alias varia vomit, bilem, ſalivam, pituitam, & acutum ac poſt vomitionem aliquantiſper melius habere videtur, ubi autem cibum ſumpſit, ructus adſunt, cum rubore incenditur, ſe ſemper copioſum alvi recrementum dejecturum putat, cum vero deſederit flatus infra demittitur; caput dolore vexatur, totum corpus velut aciculis pungi videtur, crura gravantur, debilitantur & minuuntur, debiliſque evadit.

Dioclem

Dioclem (referente Galeno) ventriculum affici cogitasse luculenter constat. Oritur, inquit, alius à ventriculo morbus qui ab aliis melancholicus ab aliis flatuosus nominatur, quem sumpto cibo maxime coctu difficiliſputum multum comitatur, item ructus acidissimi, flatus, æstus in hypochondriis, fluctuatio non illico, sed cum retinuerint: interdum ventriculi quoque vehementes dolores, qui nonnullis ad dorsum usque procedunt, concoctisinde cibis quiescunt, mox aliis cibis ingestis eadem revertuntur, accidentia; quæ interdum à cœnâ molestant, atque evomunt crudos cibos, & phlegmata subamara, calida & acida, adeo ut dentes torpedine afficiantur, Galenus Lienem accusat, quasi per idiopathiam ipse, cæteræ vero partes per consensum à liene laborarent, totaque pene medicorum cohors, quasi in verba magistri jurassent, in lienis infamiam conspirasse videntur. Atque illum chyli partem terrsterem per ramum splenicum rapuisse, & melancholicũ succum superando reponere statuunt, unde tumidus in ventriculum per vas breve succum illum

lum acidum effundit; ac singulorum sit author symptomatum in hypochondrio sinistro enascentium.

Alii in Mesenterio obstructiones accusant, quasi chylus in ventriculo detentus, ob defectum suctionis venarum, incrassetur, & terrestior fiat: ut inde sanguis generetur fæculentus, totius mali author crudelis; unde vasa Mesenterii obstructa magis, suctio tandem omnino depravatur.

Alii cavitates quasdam extra ventriculum in omento & alibi effinguntur; quibus sedem huic figunt imperialem: Neque mirum proinde habeatur, si in curatione tam difficilis morbi diu hæserunt medici, cum de loco affecto tam male inter se convenire videntur.

D. *Hecsteterus* strenue satis lienem a reatu vindicare videtur; & ventriculum cum Diocle condemnat cujus argumenta non contemnenda sane decad. 5° videatis. Lienem vero sanguificationis organum a ventriculo chyli partem tenuiorem suxisse, non succum acidum melancholicum in illum expuere judicat.

Actio, inquit, læsa ventriculum non lienem

lienem laborantem indicat. A ventriculo vomitiones, nauſea, flatus & murmura, non à liene ortum petunt, & vere quidem læſum ventriculum oſtendunt. Cui & non impertinenter quidem addere poſſumus Actionem Splenis prius cognoſci debuiſſe, quam læſum pronuntiamus. Deſignata enim illi officia Sanguificationis, aut ſucci melancholici ſeparationis, competere nequeant. Neq; aſſiud adhuc enumeratur officium quod in affectione hac depravari declaremus. Si itaque officia & actiones lieni à medicis aſſignatæ, illius non ſunt, ut alibi & infra fuſius docebitur: & illæſo liene ventriculum in hoc malo ſemper affectum fuiſſe; illum neque partem affectam, neque mali cauſam fuiſſe ſequetur; ſublata enim cauſa tollitur effectus.

Doloris ſymptomatumque maxime urgentium ſitus idem teſtabitur; quæ licet in ſiniſtro audiuntur hypochondrio, ventriculum non excuſant, licet eadem ſede cum ſuis venis & arteriis lateat Lien; In ventriculi enim cavitate fluctuationes, murmura, & rugitus liberius commoveri poterunt, quam in anguſtiſſimis lienis vaſibus.

Labo-

Laborantium præterea digitus dolorem antrorsum magis circa ventriculi fundum, & coli intestini reflectionem ubi versus renem sinistrum reflectitur, & lieni cedens adnectitur; ubi sistantur flatus, & murmura audiuntur; vergere docet Splen ad posticas magis locatur partes, ubi ut situ à dolente sejungatur parte, sic neque à longioribus emplastris bubuli splenis formâ referentibus, quasi illam obtinuerat figuram & situm quidquam alterari judicamus; cum ventriculo magis quam lieni applicari videntur.

Deinde doloris vehementia situm inter partes sensibiles ostendit, qualis est ventriculus & colon; non in liene, qui vel nullum, vel obtusum obtinuit sensum: In liene itaque partem affectam invenire haud liceat.

Mesenterii neque vasa obstructa affectum hunc Hypochondriacum constituere poterint, ideoque nec hic partem inveniri affectam pronunciamus.

Vasa Mesenterii sunt vel arteriæ & venæ, vel vasa lactea: arterias & venas solum, per Mesenterii vasa, ignotis adhuc lacteis, intellexere scriptores.

Atque

Atque hæ obstructæ sanguinem recte quidem distribuere nequeant; sed quomodo inde mali hujus authores esse censeantur, nondum constat. Distributio impedita sanguinis, succi scilicet alimentarii, tabem forsan in partibus quibus proferre debuerunt obstructa vasa, conciliare poterit; tanta inde symptomatum series luxuriare nequeat. Vomitus, acidus, fluctuatio, murmura, rugitus syncope, delirium sine febre, &c. à vase obstructo nequaquam petunt originem. Si hinc suctionem impediri dicant chyli à ventriculo; unde incrassari & incalescere, sanguinemque talem lentum ac melancholicum confici, atque inde omniũ symptomatum authorem fuisse existimarunt: dicimus vasa hæc non in ventriculum sed intestina implantari: Neque (uti somniarunt) chylum eliciunt ab intestinis, sed arteriæ hisce succum attulerunt alimentarẽ, & venæ superfluum à nutritione reducunt & in Portam refundunt. Vasa lactea chylum separant; atque sic vasa illa mesenterica à reatu tali excusantur.

Si in lacteis obstructiones accusat, non meliori successu locum invenient affectuum

affectum: quia denegata chyli transmissio, talem forsan totius, non tantam symptomatum complicationem conciliaret.

Neque magis confictæ cavitates extra ventriculum in omento, aut vasibus circa lienem, hepar aut stomachum, historiæ hypotheses solvunt; cum vitia ista quæ extra vasa consistant, ut in eâ facile effundi, & proinde in corpus hinc inde diffundi non possint; tot symptomatum, quot in affectione hypochondriaca animadvertuntur, causæ esse non possunt: Imo plerumque non nisi in mortuis cognoscuntur, cum in partibus ignobilibus consistant; & observationes Medicorum docent, plurimos qui talia Mesenterii, omenti, pancreatis, &c. mala passi sunt, de affectione hypochondriacâ conquestos non esse: vomitiones acidæ, & ructus a materia, hinc in ventriculum effusa, causari nequeant; quia ductus nulli reperiuntur in dissectione, quibus ista communicetur materia. Locus itaq; in quo affectus hypochondriaci causa contineatur, talis est constituendus, è quo humores hinc inde fluere possint. Ideoque nec in hisce cavitatibus imaginariis,

ginariis, morbi hujus crudele hospitium est inquirendum.

Quam itaque partem, sedem morbi aliam præter ventriculum constituam? Hippocrates et Diocles ventriculi morbum denominant. Symptomata omnia à ventriculo male affecto, illesis cæteris, oriri poterint. Præterea assignati jam loci nequaquam historiæ hypotheses solvunt, cum ex suppositio falsoque principio stabiliantur, ex ignorantia scilicet officii lienis, ut supra ostensum est.

Quid aliud itaque agendum est, quam ut infamiam, qua lienem & Mesenterium immerito calumniati sunt Medici, in ventriculum debilem, relaxatum, & in officiis oberrantem figamus? quomodo vero ibi generatur causa Mali, infra docebitur.

CAP.

CAP. II.

De Affectionis Hypochondriacæ Cauſis.

CAuſam hujus affectionis immediatam, eſſe Melancholiam, a liene in ventriculum immiſſam, unanimo conſenſu ſuffragarunt omnes pene, Medici: per melancholiã, humorem, ſalſa, acida & amara qualitate impregnatum, qui vomitu ejicitur, intelligunt. An vero talis naturaliter in homine ſano generetur, ſtatim erit inquirendum.

Diocles licet morbi ſedem in ventriculo poſuit, cauſam fore venarum meſaraicarum obſtructionem & calorem ſeu inflammationem pylori voluit, ſunt & hodie plurimi, qui nihil niſi obſtructiones in ſingulis pene morbis accuſant.

Alii intemperiem partium naturalium, hepatis, lienis, & ventriculi damnant,

nant. Humores illos crassos, viscidos, instar glutinis qui vomitu rejiciuntur à frigiditate ventriculi generari fatentur; sed a vitioso sanguine à liene nutritus, recte suum officiũ exequí nequit, ideoq; tales humores & generat & accumulat ventriculus. Alii vero ventriculum caloris & siccitatis arguunt, quasi suo calore chylum incrassando, obstructionum & flatuum inde causa foret. Qui ventriculi frigiditatem accusant in hepate & liene præsertim, vasibusque, quæ ab illis ad ventriculum tendunt, intemperiem siccam & calidam esse contendunt. Atque ita ἀντιπαξίαν quandam inter ventriculum frigidum & viscera calida fuisse statuunt; quam non solum difficilem reddere curam, sed & pugnantium singulorum symptomatum authorem esse cogitarunt.

Causam vero præcipuam, à qua causa proxima, humores scilicet vitiosi generantur, esse lienem statuunt singuli; licet hepar quandoque non extra culpam sit, ventriculum vero etsi ad mali hujus generationem facere possit; non tamen causam proximam esse, sed remotam; quatenus chylum pravum suppeditat,

peditat, quo viscera naturalia obstructa intemperie calida & sicca laborent.

Si vero Morbi symptomata, & pars affecta recte perpendantur, causam hujus mali proximam esse ventriculum, debilem, relaxatum & male coquentem; non lienem alimentum ventriculo suggerentem vitiosum, facile erit ostendere, 1o. Quia lien non sanguificat, nec ventriculi est promptuarium, uti alibi ostensum est. 2o. Si tale fuisset adeptus officium, ventriculo, cæterisque partibus accusatis alimentum suppeditare nequeat, quia vasa omnia quæ cum ventriculo communionem habere videntur, venæ scilicet, præsertim decantatum illud *vas breve*, non à liene ad ventriculum tendunt, sed é contra à ventriculo versus lienem spectant; uti Valvularum situs, sanguinis a ventriculo refluxum versus lienem facile admittens, non è contra, manifeste docebit. A vitioso itaque nutrimento a liene communicato ventriculi officia non deturbantur: Nec eo nomine mali hujus causa judicari debuit Lien.

Affectionis hujus neque causam haberi lienem posse judicamus, si revera

illud alterum quod effingitur officium fit adeptus: nempe si ad usum stomachi, succum melancholicum a sanguine separet. Quia si talis in sano corpore naturaliter inveniatur humor: quærere tamen licet ad quem finem talis in ventriculum effunderetur succus; nihil temere eveniſſe putandum est. Vel in ventriculum tanquam excrementum effunditur, vel ut aliquod illi communicetur bonum, vel ad propriam nutritionem, aut ad usum publicum, ad concoctionem facilitandam utile. Non ut excrementum in ventriculum deponitur: per venas fieri nequit, cum ut dictum est, valvulæ omnem a liene transmissionem denegant, neque vas aliud excretorium illi peculiare conceditur, quo in ventriculum, aut in aliam aliquam partem hoc deponat excrementum; ergo non separat melancholicum succum sub excrementi notione. Neque 2o. ut aliquod ventriculo præstet officium: Illo non nutritur, omniaque sine illo recte sua peragit officia. Ingestos comminuit cibos, benè coquit, neque deficit appetitus. Imo è contra si casu talis in ventriculo succus hospitatur acidus,

acidus, appetitus ſtatim dejicitur, digeſtio depravatur, ructus nauſeāt acidi, fermentatio perpetua flatus ac vapores excitat, uti infra monſtrabitur. Non itaque ad uſum publicum in ventriculum a liene tranſmittitur ſuccus iſte.

Quod ad viſcerum obſtructiones attiner, neq; haſce affectionis hypochondriacæ cauſas fuiſſe primarias judicamus. Obſtructiones vel in vaſibus, vel in parenchymatum poris fiunt, unde humores libere percurrere nequeant; hinc ſi ſucci alimentaris impediatur diſtributio, contabeſcunt partes: ſi humor excrementitius in parte aliqua retineatur, intumeſcit, & inflammatio forſan & abſceſſus, aut, ſi frigidi fuerint humores, ſcirrhus ſequetur, vomitiones acidæ, eructationes, murmura, mœſtitiæ, vanæ imaginationes, convulſiones, reſpiratio difficilis &c. raro aut nunquam inflammationis in hepate aut liene, multo minus non diſtributi alimenti ſunt effectus.

Qui a partium naturalium intemperie hujus mali originem quæſiverunt; partiali duntaxat contenti, immediatā illius non invenerunt cauſam; omnis

enim hepatis, lienis, aut ventriculi intemperies affectionem hypochondriacam non semper progenuit; Imo sæpè mali hujus originem insequitur. A viscosa, acida, ac lenta pituita obstruitur hepar, aut lien, aut pancreas; obstructionem sequitur intemperies; atque hinc forsan malum augeri posse, non illi debuisse originem arbitramur; Uti infra monstrabitur. Ventriculi intemperies humida fibras ejus relaxare poterit, ut contentos cibos ritè egerere nequeat; unde acorem contrahunt: sed hæc causa est remotior, non immediatus mali progenitor. Ventriculum mali causam præcipuam esse diximus. In ventriculo autem fibrarum nimiam relaxationē & debilitatem præcipue peccare, malique causam proximam constituere existimamus. Vnde ingesti cibi nec comprehendi, nec debito calore foveri, comminui, & in intestina propelli poterint: sed partes tenuiores & spirituosæ, à debili fibrarum compressione in intestina protrusæ, à visceribus avidissime per vasa rapiuntur lactea: neglectis aut saltem non separatis crassis, mitioribus & fibrosis particulis, nondum à ventriculo concoctis

concoctis & dissolutis. Atque inde sanguis tenuior, flatulentus, ac nimium spirituosus fermentationi perpetuæ obnoxius, ob fibrarum partiumque mitium inopiam, assimilationi ineptus generatur.

Crassiores vero reliquæ ciborum partes ob moram in ventriculo longiorem, (dum debilis fibrarum ad expressionem non sufficiat compressio) in materiam lentam acidam & viscidam, ventriculi tunicis, sibique adhærentem degenerant, quæ a calore (non satis tamen ad digestionem activo) rarefacta, in flatus, ventriculum & intestina, præsertim Colon, & inde hypochondria distendentes abeunt. Quod in intestina viscosæ hujus ciborum partis protruditur, illorum tunicas oblinit, ut irritationis biliosæ non sensibilis, facultas sopiatur expulsiva, & excrementa non dejiciat. Neque sane per intestina ob lentorem sine stimulo facile dilabi poterint, unde alvi pigrities, & excretorum viscida limositas exoritur.

Si per lactea hujus quidpiam cum chylo tenuiore arripiatur; cum in secunda concoctione corrigi nequeat, in vis-

ceribus obſtructionum author eſt. In hepate vaſa obſtruit *cholidocha*, unde bilis a ſanguine non ſeparatus, aciditate hujus materiæ irritatus, fermentationem atque inde fervorem & tumultum in tota ſanguinis maſſa excitat, unde tenuis admodum, flatulentus, multumque fermentatione commotus ſanguis, fulguris inſtar, ſingulas percurrit partes, eaſque conturbat, fervoriſque participes efficit. In pulmonibus bronchæ ſpongioſumque parenchyma lento viſcidoque hoc infarctæ ſucco, difficilem reddunt reſpirationem. In extremis vaſa capillaria illo obſtructa, diaphoreſin impediunt, & inde febres excitantur, laſſitudines ſpontaneæ, & extremarum partium dolores.

Cauſæ remotiores ſunt quæcunque fibras ventriculi flaccidas & debiles reddere ſoleant: Eaque vel ab erroribus in dieta petuntur, cum cibi flatulenti ventriculi tunicas perpetuo ultra naturalem extenſionem diſtendant, ut ſe rurſus debito modo contrahere nequeant; ſed Debiles & flaccidæ a ſpiritibus, vix aut ægre tenduntur fibræ; unde ventriculus vel ſemper fit flatibus tenſus;

sus (quod ut plurimum hypochondriacis contingere solet) vel emissis flatibus laxus propendet & sese constringere non potest.

Vel cum cibis nimium liquidis fibræ continuo imbuantur; vigorem tunc etiam & contrahendi potentiam amittunt, unde facile a flatibus distendi, ægre autem constringi poterint. Spiritus licet spongiosas illarum cavitates repleant & infarciant, contractiores tamen non efficiunt tunicarum fibras, quia liquidis tantummodo imbutæ, adeo relaxantur, ut ad latus facile tensioni spirituum cedentes, ista tensione non abbrevientur, & contrahantur. Partes inferiores a superiorum motu non ducuntur, quia naturalis particularum connexus in relaxatione infirmatur; quod fit vel nexum & continuationem quasi infringendo, vel quia materia aliena & peregrina replentur pori, in quos particulæ commotæ recedere soleant: tunc motæ & distentæ priores, non insequuntur posteriores, quia spatiũ in quod moveri debeant, alieno, scilicet humiditate adventitia, præoccupatur; Hinc potatores et bibaces malo hoc hypochondriaco

pochondriaco sæpissime laborant, quorum ventriculi, bibendi frequentiâ, corio similes in aquâ diu madefacto, fiunt laxi ac flaccidi ut cibos amplecti & constringere nequeant.

Naturalis etiam fibrarum laxitas & debilitas in ventriculo, ad hunc effectum generandum & accelerandum conducere potest. Hypochondriacorum liberis, etiam hæreditario jure malum hoc communicari cerninus.

Deinde laxas reddunt fibras ventriculi quæcunque spiritus, vel dissipant animales, ut nimia venus, magna sanguinis effusio, ægritudines longiores, frequentior hypercatharsis: Aut quæ ad alias solicitant partes, ut animi affectus, præcipue ira, curæ, mœstitia, exercitatio statim à pastu, vigiliæ & lucubrationes. Tunc fibræ minus quam par est tensæ, cibos ingestos ægre amplectuntur, & in intestina debito non excludunt modo: sed in ventriculi fundo, quasi in sacculo, residentes, in succum acidum, viscosum & putridum commutantur; unde flatus gignuntur, dolores tensivos excitantes in hypochondriis & intestinis, præcipue colo, cujus cellulæ idoneum

flatibus

flatibus præbent hoſpitium.

Spiritus diſſipant etiam, ventriculum maxime debilitant, fermentationem accelerant & augent, liquores calidiores, vina ſæpius hauſta, aquæ item ſpirituoſæ, ut vini, cerviſiæ, aut alterius cujuſvis ſpiritus: hinc etiam potatores malo huic ſunt obnoxii.

Evacuationes ſuppreſſæ hæmorrhoidum, vel menſium malum hoc generare poterint, ſpiritus circa ventriculum ſuffocando, aut calorem in viſceribus augendo, qui ventriculi calorem, & ſpiritus diſſipat; aut a viſcoſo chylo flatus copioſe nimium excitat.

Neque hæc fibrarum laxitas in ventriculo ſolum cernitur, ſed & inteſtina ejuſdem debilitatis conſcia, ad excludendas fæces non inſurgunt, atque ideo pigra ſemper alvus fit hypochondriacorum; flatibus etiam tenſæ, non ſe ſtringunt fibræ, ut promoveantur, & expellantur, ſed diſtentæ & inflatæ diu manent; nunc univerſim per totum inteſtinorum ductum, & ut veſica ſuilla a pueris inflata ſæpe inveniuntur & abdomen totum attollunt, nunc in particulis & gyris quibuſdam ſtabulantur

flatus

flatus, ibique ultra modum distentæ, tumores quosdam in abdomine, quos glandularum esse æstimarunt medici, excitant. Qui nunc statim evanescunt, nunc diu satis permanentes, nonnunquam semper percipiuntur, cum fibrarum laxitas continuata in istis gyris & convolutionibus intestinorum, perpetuum flatibus concedat habitaculum & tumorem essingit.

Restat jam ut causas hasce assignatas per morbi historiam examinemus, an hypotheses, scilicet, omnesque solvant objectiones; si non, ex sufficientium causarum numero, ut spuriæ & fictæ, sunt rejiciendæ. Sed ut examen felicius procedat, de lienis usu & officio quædam, de humore etiam melancholico quædam esse perquirenda, necesse est.

CAP.

CAP. IV.

De Lienis usu & officio.

DEscriptionem lienis anatomicam habetis in disquitione nostra *anatomica* talem. Figuram adipiscitur sedi suæ proportionatam, oblongiorem paulo & quasi ovalem, eaque parte quâ tumentem admittit ventriculum, cavus quodammodo occurrit, ab extra gibbus: longitudine sex, latitudine tres digitos æquat, crassitiem duarum habet. Substantia ejus ex sanguine inter fibras, quas habet innumeras concreto constat. In ventriculi latus sinistrum, paulò posterius versus renem spatium inter illum & coli reflexionem occupans, incumbit. Vasa habet, 1°. Arteriam ex cæliacâ insignem, per ejus substantiam varie dispersam, in plurimas ramorum soboles inter fibrosas complicationes diffusam. Venam etiam quæ portæ propago esse videtur, & arteriam associat.

In

In animalibus quamplurimis ad lienis portas ſolum pervenit, & in ſpongioſam lienis ſubſtantiam terminatur; quaſi nihil aliud agere a natura deſtinata foret, quam ut ſanguinem a poroſo lienis parenchymate ad portas reciperet. Præter hæc propaginem nervoſam a ſexto nervorum pari obtinuit ac innumera fibrarum filamenta, tenuia, valida, variè inter ſe complicata, quaſi retia multa ſimul implicarentur, utrinque interiori faciei adnata, ex quibus principium ducere videntur & totam pene lienis conſtituunt molem, circa hæc carnoſa quædam ſubſtantia leviter undique circumvoluta adhærens lienis parenchyma conſtituit poroſum, & quaſi ſpongioſum; foraminula interjecta, inania ſicut in pumice, quædam majora, quædam parva habet. In quibus arteriæ (cum nervi ramuſculis) diſperſæ ſanguine copioſe effundentes, totam lienis irrigarunt ſubſtantiam, & inania illa & ſpongioſa foraminula ſanguinem fervidiore repleverunt, qui a vena rurſus lacunatur, & in portam effuſus hepati mandatu. Præter

hæc

hæc nulla alia vasa aut ductus novit Anatomia.

Ex hac lienis descriptione facile erit virtutem illam sanguificam (hujus ætatis idolum insigne) inter ficta splenis officia ordinare; cum vasa nulla chylifera quibus à ventriculo, aut intestinis illi communicetur chylus invenerit dissectio Anatomica. Si per vas illud breve venosum transferri objiciat *Hecstetterus*, quia sedationem famis inde citissimam fieri voluit *Piso*: & distributionem liquidorum, clauso adhuc pyloro, esse credibilem ipse putavit; cùm vix hausto potu é mensa, quia eum copiosiùs hauserunt, surgant ac aquosam reddunt urinam. Vel quia in vivorum dissectionibus, si vasculum illud breve ligetur, versus lienem detumescere statim & vacuum esse invenias; versus ventriculum verò turgere maxime sanguine tensum. Non tamen succo chyloso hac via irrigatur lien: Quia hoc cæteraque vasa venosa a ventriculo diducta, inter ipsius tunicas dispensantur, nulla cavitatem penetrant, quibus chylum eliciant; sed é minoribus surculis in truncos majores colliguntur &

acce-

acceptum ab arteriis ſanguinem non chylum in ramum ſplenicum (mirum itaque non eſt ſi a ligatura verſus ventriculum turgeat) atque inde in portam tranſmittant, hepati reducendum; nec quidquam illius portas lienis intravit. Neque potus mediante liene itinere breviori ad renes commigrare poterit, quia nullum inter renes & lienem commercium admittit diſſectio: illud quod per arterias fieri exiſtimarunt, impoſſibile eſſe docebit circulationis ſanguinis doctrina.

Per vas breve itaque chylus lieni non cõmunicatur, neque magis lacteæ venæ huic officio miniſtrant, cum nullæ lieni concedantur. Neq; revera illarum opus eſt, cum officium illud ſanguificationis lieni affixum, non minus vanum et otioſum, quam impoſſibile ſit. Viſcera enim inferioris ventris ab illo irrigari (uti aſſerunt nonnulli) nequeant, cum nulla illis vaſa à liene diſtributa reperiantur; quibus lienaris hic diſpenſetur ſanguis. Viſcera cuncta ſuas habent arterias, quibus alimentum a corde non liene ſuppeditetur, & quod a liene per ramum ſplenicum tranſcurrit, in portam

portam deponitur, & ab hepate obsorbetur uti ex circulationis doctrinâ facile patebit. Neque minus impossibile est istud cordi supplementum per arterias a liene, quibus spirituosior & perfectior illi ad spirituum generationem deducatur sanguis: alterum lienis officium. Cuivis enim cui nota est sanguinis circulatio ridiculum satis videbitur, ut per eadem vasa sanguis impetuose in lienem a corde propelleretur, & simul per eadem etiam retrocedat & sanguinem spirituosum cordi elargiretur lien: sed de hisce plura in Disq. Anat. videatis.

Neque idoneum pro succo melancholico receptatulum haberi poterit: licet in Disq. Anatomica sententiam hanc studiose defendere conati sumus; dummodo nullum aliud excogitare potuimus officium. Sed cum difficultatibus urgeri plurimis observavimus; neque munus illud apte lieni convenire posse invenimus, non pigebit ab erroribus recedere et mutare sententiam.

Melancholiæ hospitium convenicns non datur in liene:

1°. Quia in omni excrementi separatione,

ratione, natura receptaculum ac ductus ordinavit, quibus quod vitiosum est, & separari debuit, excerni potuit: ut in hepate vasa *cholidocha* & *vesicula biliaris*, bilem a sanguine separant, & in intestina excludunt. In renibus ad seri separationem inserviunt *Pelvis*, seu cavitas illa in medio renum sita, *ureteres* & *vesica*. In cerebro ventriculi sua exonerant excrementa. In liene verò neque cavitas pro receptaculo, neque ductus aut vasa, quibus immediatè excrementum deponi poterit in dissectione reperiantur. Arteriam solum insignem unica consociatam venæ cum nervi ramusculo obtinuit. Ductus illi ab Hippocrate assignati ad officium hoc exequendum, modo naturæ ordinario, nequaquam ad diurnam excrementi depositionem sufficere arbitramur, quia immediatè lienem non contingunt, & quod per illos in artificialibus excretionibus deponitur, non minus totum venosum genus lacunant, quam lienem. Menstrua nonnunquam vomitu rejiciuntur, aliquando ad nares ascendunt; non itaque excretorum uteri receptaculum haberi debuit ve-

ent iculus aut naſus.

o. Si in liene generetur ſuccus hic cidus ſive melancholicus, & in ven- riculum effundatur ad appetitum ac- iendum, & concoctionem facilitan- dam; In liene effectus aciditatis ſive rmentationis eminenter illuſtraren- ur; in ventriculo remiſſius agerent. n fonte & loco generationis qualitates ctivitatem magis exerunt; cum vero auliſper à foco removeantur, frigeſcit irtus & debilitatur. In liene vero non olum deeſt activitas aciditatis, ſed ualitas illa omnimodo deſideratur; lis nunquam ſi comedatur reperitur por: ſanguis in illo ejuſdem eſt ſa- oris ac dulcedinis, cum eo qui in a- is corporis partibus invenitur. Sto- achi vituli tunica recens ad hæc, vel mo exiccata, à mulierculis ad lac co- gulandum reſervatur; illudque con- ſtim fermentat, exagitat, caſeoſam olligit partem, & è ſero ſeparat. At- ue hoc agit per ſuccum acidum fer- entalem illi adhærentem & infixum, em per menſes aliquot, licet aquâ pius fuerit lota & macerata integrum ſervat & liquorem quemcunque eâ-

dem

dem tingit facultate, & non ſolum in vituli ſtomacho facultas hæc coagulandi conſpicitur, ſed in ſingulis animalibus viget eadem & ſemper; licet in tenellis & lactantibus magis citiuſque operatur. Lien vero effectum talem nunquam producet; lac nequaquam illo condenſabitur, nec fermentatio major, quam a cæteris viſceribus in lacte reconditis excitabitur. Qui hujus rei periculum faciet, lienem ſucci hujus acidi ſeu melancholici hoſpitium eſſe non facilè admittet, & proinde ſedem ac reatum effectus hypochondriaci diruet, & vel talem non generari humorem, vel in liene non ſeparari, ac in ventriculum effundi aut inſpirari fatebitur.

Præterea in hujuſmodi affectibus obnoxiis & poſt obitum exenteratis lienem ab omni tali culpa abſolverunt medici.

Officium aliud Lienis a Doctore *Gliſſonio* in Anatomia Hepatis ingeniosè ſatis prolatum invenio; ubi in Liene vehiculum ſucci alibilis per fibras nervoſas a ſanguine ſeparari, & in nervos ſibi conjunctos transferri opinatur; hinc

in nervorum plexum glandulis renalibus adſitum traduci ; ubi nervorum confluxus eidem excipiendo par, in promptu eſt ; & cum ſucco alibili à glandulis meſentericis & lumbaribus promanante miſtum, tempore ſomni præcipuè intro ad cerebrũ & ſpinalem medullam ſimul cum eo confluere; quo potiſſimum tempore liquore illo nutriuntur. Excuſſo verò ſomno, cerebrum & ſpinalis medulla ſeſe contrahunt, ac tenſora evadunt ; hinc motus ſucci alibilis in nervis fit refluus, ferturque pedetentim liquor ille partim ad ſolidas partes nutriendas, partim ad glandes emunctrices.

Quod ad uſum hunc lienis ac nervorum attinet ; dubia ſaltem proponam nonnulla, quæ ut conſenſum huic opinioni retardant noſtrum, ſic & validitatem officii impugnare & infringere videntur.

Quæritur primò, quomodo vehiculũ ſucci alibilis à ſanguine ſepararetur in animalibus, quibus nulli reperiantur lienes, uti avibus, aut quibus eximãtur; an in illis ſuccus alibilis nervos ſine vehiculo pertranſeat ? vel aliud ejus loco ſubſtituitur

substituitur viscus?

2o. Quomodo constat in liene aliquid ad nutritionem utile separari? cum ut dictum est nullum peculiare vas separatorium habeat; an quia nervorum insignem obtinuit propaginem? Sic & cor, musculi & membranæ, quænam autem sit in illarum partium recessibus succi cujusvis secretio nondum constat.

3o. Cur diversæ partes pro succi alibilis, & vehiculi ejus præparatione constituantur? Cum in chyli generatione ambo simul præparantur in ventriculo.

4o. Annon viscus nobilius officio ignobiliori damnatur, cùm lien multò glandulas (sua conformatione) antecellat?

5o. An naturæ legibus sit consonum in iisdem vasibus humores fluere & refluere posse?

In asperâ arteria movetur aer, qui pulmonum vim, dilatationem & compressionem facile sequatur, non liquor, qui majorem requirit impulsum. In contrariis affectibus, scilicet gaudio, mœstitia, &c. non est humorum aut spirituum

spirituum motus reciprocus in eodem canale. In timore sanguis in cordis thalamos impetuose irruit, per venas scilicet, non per easdem in gaudio aut lætitia effunditur; sed per arterias effusus, ruborem in genis conciliat. Neque in scrophularum aut glandium primordiis, materiâ ab iisdē vasibus, quibus suppeditatur, resorberi constat; per arterias enim accedit, per venas recedit.

6. Quomodo motus hic reciprocus in nervis perfici poterit? Cum liquida seipsa movere nequeant, nec in nervis virtus invenitur pulsifica, qua a loco ad locum prorsum scilicet & retrorsum promoveantur.

Quinque modis in vasibus humores moveri vult Dr. *Glissonius*: 1°. Quo uno tenore ad eandem metam propellantur; 2us. est mixtus quietis interpunctione interruptus; 3us. est modus reciprocus in iisdem vasibus prorsum ac retrorsum: hoc pacto aer in aspera arteria cietur; 4. est motus electivâ attractione concitatus, quo diversæ sanguinis particulæ ad partes, non organica aliqua attractione, sed a similitudine, familiaritate, atque affinitate cor-

ſubſtituitur viſcus?

2o. Quomodo conſtat in liene aliquid ad nutritionem utile ſeparari? cum ut dictum eſt nullum peculiare vas ſeparatorium habeat; an quia nervorum inſignem obtinuit propaginem? Sic & cor, muſculi & membranæ, quænam autem ſit in illarum partium receſſibus ſucci cujuſvis ſecretio nondum conſtat.

3o. Cur diverſæ partes pro ſucci alibilis, & vehiculi ejus præparatione conſtituantur? Cum in chyli generatione ambo ſimul præparantur in ventriculo.

4o. Annon viſcus nobilius officio ignobiliori damnatur, cùm lien multò glandulas (ſua conformatione) antecellat?

5o. An naturæ legibus ſit conſonum in iiſdem vaſibus humores fluere & refluere poſſe?

In aſperâ arteria movetur aer, qui pulmonum vim, dilatationem & compreſſionem facile ſequatur, non liquor, qui majorem requirit impulſum. In contrariis affectibus, ſcilicet gaudio, mœſtititia, &c. non eſt humorum aut ſpirituum

spirituum motus reciprocus in eodem canale. In timore sanguis in cordis thalamos impetuose irruit, per venas scilicet, non per easdem in gaudio aut lætitia effunditur; sed per arterias effusus, ruborem in genis conciliat. Neque in scrophularum aut glandium primordiis, materiâ ab iisdē vasibus, quibus suppeditatur, resorberi constat; per arterias enim accedit, per venas recedit.

6. Quomodo motus hic reciprocus in nervis perfici poterit? Cum liquida seipsa movere nequeant, nec in nervis virtus invenitur pulsifica, qua a loco ad locum prorsum scilicet & retrorsum promoveantur.

Quinque modis in vasibus humores moveri vult Dr. *Glissonius*: 1°. Quo uno tenore ad eandem metam propellantur; 2us. est mixtus quietis interpunctione interruptus; 3us. est modus reciprocus in iisdem vasibus prorsum ac retrorsum: hoc pacto aer in aspera arteria cietur; 4. est motus electivâ attractione concitatus, quo diversæ sanguinis particulæ ad partes, non organica aliqua attractione, sed a similitudine, familiaritate, atque affinitate cor-

poris attrahentis cũ attracto promoveantur; quinto, liquores in vasibus moventur irritatiõe, quæ fit vel plenitudine, acrimonia, vel vigoratione nervorũ.

Primus movendi modus succo huic in nervis non competit, sed sanguini in arteriis & venis; vis eadem pellere ad partem, ac ab eadem repellere nequeat. Secundum huic convenire posse; scilicet succi hujus in nervis quiete interruptum ait. Reciproce etiam cedit ac recedit quoad tertium movendi modum. Sed quis motus hujus author est? In se motus principium non habent humores, sed vel impulsu ab extra aguntur; vel rarefactione, cum crassiores calore attenuantur partes, sese expandunt liquida, & locum petunt ampliorem: atque talem fuisse sanguinis motum primum in ovo, cum primum in punctum saliens irruat in primis incubationi diebus. Quod ad electivam attractionem attinet, quo modo per illam ad partes distantiores commoveri poterit chylus, nondum constat. Similia similibus gaudere fatemur, cum associantur mutuoq; gaudeant amplexu, sed quomodo accessus fiat non ostenditur;

ditur; præcipuè cum contactum negat distantia. Diversæ partes diversas alliciunt pro nutritione particulas, sed quas arteriæ cum reliquo sanguine in illas effundunt; bilem attrahit vesiculæ fellis, sed quem vasa cholidocha ubivis sparsa, ab hepatis parenchymate separatum exceperunt. Sanguis non huc allicitur quia biliosus; sed quia cordis impulsu per arterias impellitur, cum vero in hepatis parenchyma effusus sit, contactu, non operatione aliqua electiva ad distans influente separatur, a cholidochorum ramusculis absorbetur. Præterea quod electiva attractione moveatur, ad unicum, non ad diversos dirigitur terminos; aut si ab utroque alliciatur, anceps vel in medio hæret, vel a fortiori attrahitur; ferrum inter binos magnetes ad neutrum movere dicitur. Qui fit itaque ut succus iste qui affinitatis & similitudinis gratia ad cerebrum attrahitur, eadem familiaritatis lege rursus ad pedis pollicem retrahatur? cur in motu impeditus, non anceps cui adhæreat, in medio hæsitat?

7°. Si succus hic alibilis excusso dun-

taxat somno experrectis solum ad partes extremas nutriendas recedat; quomodo infantium partes aut animalium illorum quæ per menses aliquot somno sepeliantur, nutriuntur? an cerebrum solumalitur & augetur, cæteræque marcescunt partes? Rachitide laborarent omnes infantuli.

8. Cur nervi lienis præ cæteris sexti paris ramusculis hoc peculiare officium obtinuerunt, nulla est in structura, cavitate, aut divisionis modo, differentia, qua peculiare hoc privilegium illis ascribatur. Quodlibet organum cui actio ususve publicus ab aliis partibus diversus obvenit, structura quoque peculiari gaudet, qua actioni illi obeundo reddatur accommodum (uti ipse testatur) In his nulla structuræ à cæteris invenitur diversitas. Numerus aut magnitudo, nec diversitatem structuræ; neque aliud à cæteris ejusdem furculi ramusculis arguunt officium.

Usum autem harum fibrarum nervosarum dicimus esse laxum spongiosumque lienis parenchyma stabilire, ne a sanguinis ex arteriis affluentis impetu ruptum dissiliat, cui aliud non minus ne-

neceſſarium fibrarium huic complicationi officium aſſignare poſſumus; ſcil. ſpongioſum conſtringere parenchyma, ut ſanguis per laxas frequenteſque cavitates diffuſus, in venam ſplenicam comprimatur, atque ſic arteriarum pulſui ancillari videantur: per arterias ſanguis ſolum in ſpongioſis lienis cavitates effunditur, quæ ob laxam ejus conſiſtentiam impulſui cedentem, expelli nequeat; fibrarum ope verò conſtrictis cavitatibus, in venam cogitur, qui pulſu arteriæ in ſpatio tam amplo moveri non poterit. Sanguinis illa copia (ſi parenchymate ſine fibris conſtaret lien) ſolo arteriæ impulſu cum extra canales ſuos effundatur, lentè admodum in venam progrediretur: niſi fibræ hæ ſe conſtringentes, effuſum citatiùs comprimerent ſanguinem. Atque hinc major lieni diſpenſatur nervus; quia motus hic fortior in fibris requitur, majorque fibrarum numerus, ut conſtrictio generalior per ſingulas fiat partes. Officium hoc etiam lieni a Doctore aſſignatum in vitium verti poſſe videtis. Neque uſum aliquem qui quærentium animis ſatisfaciat adhuc inveniri conſtat.

Atque jam minus Erasistrati aliorumque insomnia mirari incipiam, qui membrum otiosum vocant, & nullius usus, cum assignata officia, rationis & dissectionis examen ferre non posse viderunt. Dolendum potius humanum ingenium tanta obscuritate esse obvelatum, ut illorum etiam quæ in nobis sunt ignari, quasi tenebris semper cæcutientes pervagemur.

Repudiatis hisce lienis officiis, quid aliud substituere licebit, quod structuræ ejus & situs rationi congruere poterit?

Lienem itaque ventriculi gratia esse formatum dicimus, ut calore suo, quasi foco supposito, concoctionem promoveat; ut motu inter particulas ciborum inde aborto, facilius per fermentum stomachale partemque liquidam seu potulentam fiat salium solutio.

Concoctio in ventriculo fit (fermenti naturalis subsidio) a calore blando moderata, & incluso cum sufficienti humiditate cibos comminuente, macerante, & dissolvente. Non illo tantum qui substantiæ ventriculi innatus est (partibus enim membraneis minor

&

& debilior conceditur calor, quam carnosis) aut a corde indesinenti fluxu illi per arterias suppeditatur immediate; sed & illo præsertim quem circumstantes partes suo fotu suggerunt. Cujusmodi sunt in dextrâ & superiore parte Jecur, plurimis vasorum alveis sanguine copioso & ferventi turgentibus, calorem multum ventriculo communicans. In parte postica cavæ & aortæ trunci grandiores. In parte sinistrâ & circa fundum ventriculi, ubi major ingestorum moles reperitur, atque inde vegetior illic requiratur calor, quo concoctio perficiatur, adstat lien; qui calore suo quasi foco suppositio cibos perpetuo suo calore comminuit, macerat, ac particularum naturalem solvit compagem, eodem plane modo quo cibos in paropside duplici suppositio igne, præparare & macerare soleant coqui, quo partes in cibis teneriores, magisque permeabiles redduntur, & particulæ quodammodo commoventur ac turbantur; unde facilius fermento stomachali potulenta ingestorum pars infecta, in intimiores ciborum penetret recessus, motumque

a calore inchoatum incitet, & augeat; ſales diſſolvendo omnes. Hinc ſtatim ebullitio & fermentatio excitatur major, & particulæ amicam ſuam deſerendo unionem, ſolutis vinculis diffluunt, totaque ruit compages, & in cremorem pultaceum (non diaphanum, nec eſſentialiter tranſmutatum, ut opinatur Van-Helmont, ſed ſuis adhuc confuſum excrementis) pro ſingulis totius particulis idoneum alimentum (cum à lacteis ſeparetur tinctura) diſſolvitur. Atque ſic tum perfectam fieri concoctionem in ventriculo judicamus, cum partes ita diſſolvantur, ut per partem ciborum liquidam, tinctura, & quaſi extractum ſingulorum eliciatur, ex quo ſanguis poſtea commode generetur. Atque talem ad perfectam chylificationem ſufficere particularum ſeparationem, ſine formali aliqua tranſmutatione ſtatuimus. Illam enim ſolum particularum ſeparationem requirunt partes nutriendæ: ſi quæ formalis ſit tranſmutatio, hanc efficiunt partes ipſæ in ſuarum alimenti electione & aſſimilatione. Præterea in digeſtione cibos ingeſtos ſuas perpetuò con-

conſervare facultates inalteratas videmus. Cibi frigidi a ventriculi fermento aliam non adepti qualitatem, totum refrigerant corpus. Ingeſta laxativa non reſtringunt, ſed ſine tranſmutatione aliqua in ventriculo ſemper purgant. Si itaque virtutes & facultates eſſentiales integræ reſervantur in digeſtione, non fit formalis aliqua tranſmutatio. Ad particularum ſeparationem calor incluſus inſufficienti humidi ſeu liquoris quantitate diffuſus, ſine alterius forſan additione ſufficeret; ſed longiore ſpatio, aut igne violentiore opus eſſet; ut in chymicis extractionibus videre liceat. Sed ut fælicius & citius hoc exequatur munus digeſtivum, hoc fermenti naturalis ſubſidium adjungitur, quo particulæ magis agitantur, ut dehiſcant in minima, & pars ciborum liquida incaleſcens ad ſales diſſolvendos citius admittatur: facultas verò hæc fermentalis in ventriculo, non liene reſidet, uti infra demonſtrabitur.

Caloris adminiſtrationi hoc modo quam optime paratum eſſe lienem ſtructura docebit. Inſignem enim adeptus

arteriæ truncum majorem multo quam hepar, in ſubſtantiam ejus ſpongioſam, copiam ſanguinis ebullientis a corde, caloris fonte accepit. Inſignes etiam meatus in parenchymate ſpongioſo quibus multum ſanguinis ferventis includitur. Ne ſtatim languefcat, & extinguatur, repetitis arteriarū ictibus novo ſanguine ſemper renovatur calor. Atque ſic igne veſtali perpetuo fovetur ſtomachus, ne in officio ſuo quocunque modo deficiens, in totius detrimentum abeat.

Neque a corde ſolùm ſupplementum hoc caloris per arterias lieni communicatas obtinuit perpetuum; ſed & cerebrum in fibrarum illas complicationes incaleſcentes ſuos copioſe emittit ſpiritus, qui in fibris illis infinitis turgentes, & ipſi calorem inſignem & ſatis activum addunt.

Calore tali impregnatus lien ventriculum tumidum ſua cavitate amice amplectitur, & in illo contentos cibos coquit, digerit ac macerat; quo deficiente debilitatur concoctio; eoque magis quam par eſt aucto, diſſipatis ſpiritibus diminuitur fibrarum ventriculi

culi constrictio & fermenti actio, atque sic etiam læditur concoctio.

Subsidium tale à lieni expeti, pennatorum ventriculus indicat, in quibus licet non inveniatur lien, calor quam citissime concoctionem perficit. Illorum ventriculus qui lienis fotu non incalescit, substantia carnosa seu parenchymate densiori vestitur, in qua calor intensior, quam in membraneis cæterorum stomachis, qui tunicis solum fibrosis gaudeant, copiosius hospitatur. In cujus parenchyma sanguis etiam libere effusus calorem abunde ministrat. Idemque suo fotu perficit quod in cæteris animalibus a liene substituitur. Hinc Van-Helmont substantiam illam carnosam lienis officium præstare arbitratur, succum acidum perpetuò inspirantem, tanquam, a liene, quo celerius coctio celebretur. Calor certe tam densis inclusus parietibus, multo magis intenditur, citiusque suum perficit opus. Ignem seu calorem inclusum ut nihil vaporis aut spirituum expiret, concoctionis opus perficere diximus, non apertum; tunc enim humiditate absumpta exiccan-

tur

tur particulæ non dissolvuntur.

Præter hoc lienis officium, alium, quem gratia fibrarum nervique insignioris adeptus est, usum assignare possumus. Nempe ut per nervum, mediantibus nervosis illis fibris in lienis parenchymate complicatis, sanguinis a spiritibus animalibus ad nutum passionum commoveatur & agitetur. In sanguinem agere spiritus animales, rubor ille in facie verecundè erubescentis: priapismus statim ad rerum venerearum vel aspectum vel auditum, extremarum frigiditas & sanguinis retractio in timore, abunde testantur.

Quo verò modo spiritus animales, qui vel in cerebro, vel in densis nervorum canalibus constringuntur, in sanguinem, qui distinctis etiam continetur vasibus; aut quo in loco præcipue suum exerceant dominium, primamq; figunt impressionem, nondum constat. In corde, nervorum distributiones musculosis seu carnosis illius particulis dispensantur; sanguinem in ventriculis immediare non attingunt. In hepate nervorum furculi parvi sunt, & vasorum membranis tantum distribuuntur. Lieni

vero

vero insignior nervi surculus, quam aliis visceribus conceditur; cui amplum fibrarum nervosarum rete, per totum parenchymatis tractum dispersum, adnectitur, quod parenchyma minutilum rarò investit. Imo nudæ aliquando sanguini perlabenti exponuntur fibræ; non ut liquorem aliquem ex amne illo ebiberent sanguineo; sed ut hic forsan spirituum animalium jussa sentiat sanguis, ut ipse etiam animæ imperio obediens, singulos ejus observet motus.

CAP.

CAP. V.

De ſucco Acido ſeu Melancholico.

DE ſucco Melancholico dicturus, primo de veterum opinione; deinde de eſſe; an ſcilicet talis in homine ſano reperiatur? hic inquirendum eſt. Quali charactere illum deſcripſerunt authores, primò proſpiciendum eſt. Melancholia (inquiunt) eſt pars chyli terreſtrior & fæculenta, à liene ſeparata per ramum ſplenicum, atque inde in ventriculum, ad ciendum appetitum & concoctionem accelerandum eructatur. Hanc, fæcem ſanguinis appellant, & partem quartam in generatione illius conſtituere dicunt; ex quâ etiam quartus oritur complexionum ſeu temperamentorum ordo, ſcilicet melancholica.

Hoſpitium & receptaculum hujus in lieni præcedenti capite diruimus, nec non & eructationem in ventriculum, & ſepara-

ſeparationem per ramum ſplenicum, aut vas breve, eſſe impoſſibilem antea demonſtravimus. An vero ad conſtitutionẽ ſanguinis ſit neceſſaria, in illoque ut pars illius conſtitutiva conſervetur, cum humorem excrementitium & ab illo ſeparandum ipſi fateantur, dubitandum eſt; & quemquam alium in corpore obtinere uſum aut locum non magis credendum eſſe arbitramur. Sanguis ex iis non generatur, quæ naturâ ab illo ſeparanda ſtudioſe curavit; ex illis ſolum conflatur particulis, quibus in partium nutritione opus eſt; ſed nulla pars bile aut melancholiâ nutritur; ergo nec ad ſanguinis conſtitutionem neceſſariæ ſint æſtimandæ. Non ignoramus aſſignatam melancholiæ diviſionem in excrementitiam, & naturalem, quam ſanguinis partem eſſe craſſiorem, ex cujus abundantia & prævalentia temperamentum oriri melancholicum aſſerunt; cui vero; licet nomen imponatur, definitio non convenit: dari ſanguinis partem craſſiorem concedimus, ſed vel hanc non eſſe melancholiam, aut male definiri illam ſtatuimus. In liene, ut ex de-

definitione ſupra allata videri liceat, hanc generari, aut in ventriculum eructari; aut illorum omnium quæ a melancholia fieri dicunt, eſſe authorem, prorſus negamus. Effectus qui in humano corpore melancholiæ, cũ in ſtatu naturali conſervetur, aſcribuntur, ſunt vellicatio in ventriculi orificio appetitum excitans, & vis concoctionem promovendi: cum autem naturæ limites excedat, Cerebri ac cordis ſpiritus obnubilat, triſtitiam inde & effectum hunc hypochondriacum cauſat. Sed hi craſſiori ſanguinis parti duntaxat non conveniunt, ſed potius acido illo & excrementitio humori aſſignandi ſunt.

Excrementitiam autem melancholiam, ex profeſſo non intendere naturam judicamus; cum in ſano homine nec vomitu, nec feceſſu, nec aliis excretioni dicatis feceſſibus, talis rejiciatur humor: nec in diſſectione quidpiam illi reperitur ſimile, unde talem fingamus humorem. A liene non eructari aut inſpirari in ventriculum oſtendimus. Quod ad uſum etiam & neceſſitatem attinet in ſanis locum non habere exiſtimamus; tantum enim abeſt, ut illi

manum

manum miniſtret ſubſidiariam, ut appetitui potius officere, & concoctionem impedire & depravare cernamus.

1°. Appetitus illo non irritatur; famelica enim illa ventriculi contractio, non a vellicatione ab acido hoc ſucco melancholico, ſecundum Neotericorum placita: neque a ſenſu ſuctionis, & attractionis venarum inanitarum oritur: uti veteres excogitarunt medici. Non a ſenſu ſuctionis venarum, quia chylus a ventriculo ſeceſſit fibrarum ejus contractione; non ſuctione expromitur. Deinde non vellicatione ab acido irritatur, vellicatio partium nervoſarum ab acidis humoribus, ſemper dolorem & moleſtiam affert. Neque ab aſſumptis tam cito ſedaretur; ſed præſens ſemper perpetuam excitaret vellicationem inſpirata aciditas, quæ continuo a liene effuſa non minus in ventriculi tunicas ageret quam in cibos aſſumptos; nulla intercederet quies, nec a ventriculo aut ab aſſumptis ob perpetuam inſpirationem contemperaretur. Præterea, ut in praxi obſervatur, cum copioſe acida hæc congeritur materia, in ventriculo, diu retardatur vellicationis illius ſenſus & cum

cum ructibus acidis concomitatur etiã continua inappetentia, & a cibis gravedo molesta. Itinera in tempestatibus nivalibus, aut mora in nive longior, appetitum egregie excitant; non autem acidum hunc augendo humorem, vel in liene aut ventriculo; tam brevi enim spatio fieri nequit nova humoris generatio; sed quia frigoris extrema activitate ventriculi, sicut & omnium nervosarum partium fibræ maxime constringuntur; & inde calor magis inclusus, quam citissime ingestorum solvit compagem, ac celerius fibræ, fortiori compressione suum deponunt onus. Excitatur itaque fames cum ventriculi fibræ continuata, post cremoris expulsionem in intestina, actione se stringentes nimiumque contrahentes, à vehementi constrictione dolorem illum, quem famem & appetitum denominant, in ventriculo concitant. Atque sic appetitum non acido hoc effici succo, aut venarum suctione, sed fibrarum nimia constrictione fieri judicamus. Hoc autem subitaneâ famis sedatione, quam primũ ventriculi cavitatem pene attigerunt cibi vel potus, fit manifestum; tunc enim

ventriculo

ventriculo rursus distento ab ingestis, relaxantur fibræ nimis modo constrictæ, & laboriosa strictaque compressio, in placidam gratamque mutatur relaxationem, sedatur dolor, tolliturque fames.

2°. Concoctionem non adjuvat, quia in sanis nullum illius reperitur vestigium, in quibus tamen viriliter satis facultas hæc suum peragit officium, & sine illo fieri non dubitamus, cujus præsentiam ne ructus quidam acidus unquam confitetur. Deinde ut argumentum illorum qui contra calorem humidum, digestionis opificem militant, retorqueamus.

Quo quæque causa potentior est in natura, eo effectum suum potentius efficit. Si ab acido hoc succo perficiatur concoctio, quo magis in ventriculo abundat, eo celerior fieri debuit concoctio, & majorem aciditatem continuo felicior digestio sequeretur, sed hoc falsum esse, vomitiones acidæ, quæ cum vitrioli spiritu aciditate sæpe contendunt, cum inconcoctis hysternis sæpissime cibis testantur. Præterea quæ ventriculum perpetuis cruciatibus lacessunt, ac fermentationem, æstum ac

flatus

flatus generant, coctionem non adjuvant, sed aciditas illa fermentationem & ebullitionem parit molestam, atque ideo ventriculo nullo modo amica haberi poterit.

Talem vero in ventriculo sæpe reperiri humorem, præcipue in hypochondriacis; satis ex ægrorum querelis constat. Hæc scribenti mihi fœmina hypochondriaca de acidi hujus ferocitate multum conquesta, linguam, fauces, guttur ac labia hujus per vomitum rejectione solum, excoriari ostendebat. Quomodo vero generetur hic succus acidus, aut quid sit, hic inquirendum est. De aciditatis seu aceti generatione non conveniunt authores. Alii a spirituum fugâ, alii a fixatione fieri contendunt. Sed ut perfectâ generationis hujus addiscamus notitiam, Chymicorũ implorandum est auxilium; quorum præparationibus, ut naturæ finem in ciborum digestione & concoctione in ventriculo, eundẽ quæsiverunt; sic & agendi methodum & media observarunt. In Chymicorum præparationibus digestionem semper præmitti necessarium esse compertum est; qua particularum compage

solutâ

solutâ quælibet pars sincera & immista ab invicem separari poterit. Solutæ particulæ ac liberæ, altera in alterutram agens, motum quendam confusum & quasi ebullitionem, quem fermentationem nominarunt, excitant, qualem in musto aut cervisia nova, cum a fermenti additione totum ejus corpus commoveri, agitari, & effervescere videmus, quâ major & facilior fit particularum solutio, crassa a tenuibus separantur, ac latitantes omnes provocantur spiritus. Particulis sic facta fermentatione liberatis, digestionem fieri perfectam dicimus in chymicis; ac ventriculus hac peracta operatione concoctionem suam celebravit, & inde levi compressione contentam in intestina depellit materiam, ut tinctura chylosa per vasa separetur lactea; & tunc etiam in operationibus chymicis suâ inchoat distillationem, seu tincturæ separationem chymicus. Si vero hoc fermentationis momentum anticipans, distillare inceperit; pauciſſimos accipiet spiritus, vel tincturam dilutam pauciſſimis impregnatam particulis obtinebit. Si vero diutius in fermentatione relinquatur materia,

acescit

aceſcit ſtatim, putreſcit, mucorem contrahit, & pauciſſimos etiam reddit ſpiritus. In fermentationis anticipatione inopia fit ſpirituum, quia nondum peracta fermentatione, in cæteris incarcerati particuli includuntur, nec ab illis ſeparari poterint. In fermentationis tempore diutius neglecto, vel à ſale acido figuntur, atque ſic inſeparabiles relinquuntur; vel ſolutis vinculis effugiunt et perduntur. Atq; ſic aciditatem in principio putrefactionis manifeſtari ejuſque indicium eſſe conſtat: reſque ſola fermentatione ad ſeparationem ſatis eſſe liberatas, priuſquam aceſcere incipiant, etiam manifeſtum eſt. Agitationem illam autem & efferveſcentiã in fermentatione à mutua ſalium diſſolutorũ inter ſe pugna fieri exiſtimamus. Cũ ſales acidi in cæteris particulis efferveſcentiam & turbationẽ accendant, ut donec unus vel alter figatur, & mortificetur, nulla particulis reliquis concedatur quies. Si a ſale acido cæteri figuntur ſales, & mortificentur (quod mora longiori & temporis diuturnitate fit) in ſuccum acidum degenerant: Si à cæteris figatur acidus, dulceſcit ſtatim, ſuam

qu

que amittit aciditatem. Cum ex corallis cum succo Limonum seu oxycanthi acido conficiatur syrupus, in primo congressu strepitus ac ebullitio cum insigni calore concitantur, quibus sedatis dulcescit succus, omnisque auferetur aciditas.

Deinde effervescentiam hanc & agitationem in fermentatione a salium diversorum (quorum unus est acidus) dissolutione fieri patet; quia in succis a quibus sal iste separatur talis non invenitur fermentatio, aut in quibus parva hujus reperitur quantitas, minor est turbatio aut tarda. In calce viva, aut succis in quibus abunde luxuriat sal iste acidus, quamprimum congrediantur sales, strepitus & incendium statim illorum indicant pugnam.

Quod vero ex salium pugna fiat, manifestum est, quia in tempestatibus humidis, & calidis illam melius succedere; imo cervisiam, & musta tali aeris constitutione, fermentationē renovare, & turbari rursus videmus. Cum scilicet ab aere humido sales dissolvuntur, qui priori opere soluti non fuere; ac novam inchoant fermentationem.

Quod

Quòd vero putredinis indicium haberi meretur aciditas, lactis indicat coagulatio, cum diutius in vase aliquo reservetur; cum sales sponte soluti, ab externo solum aere commoti, totius dissolutionem inchoaverint, acescit statim, & putrefactionis indicia evidentissime inde cernuntur. Sic & liquores omnes, vegetabilium succi, carnium jura, ipsaque carnium substantia, nisi fumo & calore exiccata fuerit, unde salium dissolutio retardetur, quamprimum putrescere inceperint, aciditatis odorem & saporem induunt. Imo vasa ipsa in quibus lac aut ejusmodi succi putrescentes conservantur, tali inficiuntur sapore, & aciditate suâ adhærente lac coagulant, cæterosque liquores acore, ut citius putrescant, inquinant. Præterea ut a putredine conserventur carnes, aut fructus a mulierculis sale ac saccharo condiuntur, quibus sal acidus figatur, & mortificetur; atque sic mutua pro tempore interdicitur pugna & particularum unio reservatur integra.

Hisce positis, Melancholiæ, seu acidi illius succi generationem, in ventriculo illustrare facile erit. Ventriculus suâ

formâ ſacculum repræſentat membraneum, omni fibrarum genere, ſcilicet rectis, obliquis & tranſverſis, quibus ſe undique ſtringat, contextum; utraque ejus orificia, & quo cibos aſſumpſit, & quo rurſus digeſtos in inteſtina exonerat; in ſuprema ejus parte poſita ſunt; unde cibi quamprimum recipiantur non ſtatim ſuo pondere in inteſtina feruntur; ſed illos primo levi fibrarum contractione quaſi ſacculo incluſos cõprimit ventriculus, & amplectitur; & ut calore humido illius partiumque adjacentium, comminuantur, diſſolvantur, & in lævigatam materiam, disjunctis fermentatione particulis redigantur; per pylorum teneriores partes an inteſtina continuatâ fibrarum contractione propellit. Si vero accidentali aliqua, vel naturali fibrarum debilitate contingat, ut totum non exprimatur: illud quod in fundo remanſerit, vel parietibus adhæſerit, longiori mora, & tardiori fermentatione putreſcens, aceſcit ſtatim, & ingeſti poſtea omnia, imò ipſas ventriculi tunicas tali inficit ſapore. Imò ſi multum hujus relictæ materiæ in ventriculo fuerit collectum,

Quòd vero putredinis indicium haberi meretur aciditas, lactis indicat coagulatio, cum diutius in vase aliquo reservetur; cum sales sponte soluti, ab externo solum aere commoti, totius dissolutionem inchoaverint, acescit statim, & putrefactionis indicia evidentissime inde cernuntur. Sic & liquores omnes, vegetabilium succi, carnium jura, ipsaque carnium substantia, nisi fumo & calore exiccata fuerit, unde salium dissolutio retardetur, quamprimum putrescere inceperint, aciditatis odorem & saporem induunt. Imo vasa ipsa in quibus lac aut ejusmodi succi putrescentes conservantur, tali inficiuntur sapore, & aciditate suâ adhærente lac coagulant, cæterosque liquores acore, ut citius putrescant, inquinant. Præterea ut a putredine conserventur carnes, aut fructus a mulierculis sale ac sacchar condiuntur, quibus sal acidus figatur, & mortificetur; atque sic mutua pro tempore interdicitur pugna & particularum unio reservatur integra.

Hisce positis, Melancholiæ, seu acidi illius succi generationem, in ventriculo illustrare facile erit. Ventriculus sua

form

formâ ſacculum repræſentat membraneum, omni fibrarum genere, ſcilicet rectis, obliquis & tranſverſis, quibus ſe undique ſtringat, contextum; utraque ejus orificia, & quo cibos aſſumpſit, & quo rurſus digeſtos in inteſtina exonerat; in ſuprema ejus parte poſita ſunt; unde cibi quamprimum recipiantur non ſtatim ſuo pondere in inteſtina feruntur; ſed illos primo levi fibrarum contractione quaſi ſacculo incluſos cõprimit ventriculus, & amplectitur; & ut calore humido illius partiumque adjacentium, comminuantur, diſſolvantur, & in lævigatam materiam, disjunctis fermentatione particulis redigantur; per pylorum teneriores partes an inteſtina continuatâ fibrarum contractione propellit. Si vero accidentali aliqua, vel naturali fibrarum debilitate contingat, ut totum non exprimatur: illud quod in fundo remanſerit, vel parietibus adhæſerit, longiori mora, & tardiori fermentatione putreſcens, aceſcit ſtatim, & ingeſtis poſtea omnia, imò ipſas ventriculi tunicas tali inficit ſapore. Imò ſi multum hujus relictæ materiæ in ventriculo fuerit collectum,

majorem semper acquirit acorem, imò sæpissime spiritibus pæne dixeram corrosivis pregnans, ingesta omnia fermentat, exagitat, eodem imbuit sapore & ventriculi tunicas importunè lacessit. Donec tandem nausea irritatus, totum, quod longiori spatio, leviori compressione per pylorum pedetentim expressurus erat ventriculus, unica quasi convulsivâ contractione, sursum rursus per alterum orificium evomit, quod dentes suâ acerbitate maximè ferit, & gulam ardore conflagranti multum affligit. Hinc aciditatem ventriculi tantæ apud authores æstimationis putredinis solum esse progeniem, & appetitum frustrare, concoctionem debilitare, ac multorum inde in hypochondriacis symptomatũ, crudelem esse authorem constat; nullibi naturale ejus reperitur in sanis hospitium, aut parens.

In ventriculo virtutem seu facultatem fermentandi, quæ caloti in concoctione ministrat, supra concessimus, quâ menstruum, potulenta scilicet seu liquida ciborum pars impregnata, ingestorum sales parteſque solidiores citius penetret, sequacemque ducat calorem,

ac

ac totius solvat compagem. An vero talis noturaliter sit ventriculo innata facultas, aut à succo in illo, etiam dum in utero contineatur fœtus, incluso; aut postea a ciborum putrefactione tale obtinuit inquinamentum, quod a relicta chyli portione fovetur semper & augetur; ulteriorem requirit examinationem. Viruli seu agni sugentis stomachus, aquâ licet sæpius repetita lavetur multum, diuque maceretur, facultatem non perdidit tamen, sed lac statim cogit & congulat. Senioris vero stomachus, qui non lacte, sed alimento nutritur alio, fœno scilicet aut gramine, non nisi spatio longiori, & majore provocatus calore lac condensat. Miasmate scilicet à lacte impresso jam temporis diuturnitate evanescente, debilitatur illa cogendi facultas. Adeo ut si non totum facultatis a Miasmate, ab ingestis jam concoctis impresso, obtinuerit ventriculus; illius augmentum inde petere verisimile judicamus. In Cœmeteriis publicis, in quibus multæ ac frequentes fiunt sepulturæ, præcipue, si madore multo irrigentur, corpora citius putrescunt inhumata, quam in aliis locis. In

cœmeterio S. *Innocentii Parisiis*, in horis viginti quatuor sepulta putrescere aiunt, vivaque adhuc, animæque aliquid retinentia membra, quasi dilaniat penitusque dissolvit edax illud terræ fermentum. Putrida etiam ipsa oma proximis citissime adducunt putredinem. Ciborum etiam portionem jam concoctam, aliorum concoctionem multum accelerare opinatur Verulamius, Quia hujusmodi inquinamentis impregnata humiditas, ob familiaritatem citius & magis amice in penitiores ingestorum recessus admittitur, unde facilior fit partium solutio, & digestio seu corruptio acceleratur.

A concoctis seu putrescentibus cibis, non solum miasma hoc, seu fermentandi virtus ventriculi tunicis imprimitur, sed diversorum etiam ciborum aversationem & odium infigi verisimile est, cum prius in stomacho putrescentes nauseam inferrebant, tale in posterum tunicis durabile infigunt inquinamentum; ut perpetuum illorum concilietur odium, ac hostili semper nausea tales respuant cibos, donec longiori temporis intervallo, miasma illud peregrinum exterminetur.

CAP.

CAP. VI.

Historiæ cum causis examinatio.

UT causas assignatas sufficientes, & vere hujus affectionis esse causas illustremus, illarum cum diagnosticis in morbi Historia positis convenientiam examinemus.

1. Ventriculum Hypochondriacorum laborare semper nec cibos ferre, sed in materiam viscidam & acidam commutare constat.

Neque mirum sane, cum in ipso lateat mali fomes & origo. Relaxatæ enim ventriculi fibræ admissos cibos non amplectuntur, neque comminutos in intestina propellunt; sed in fundo ventriculi, quasi in sacculo, diutius commorantes putrescunt, & in humorem acidum ac viscidum degenerant, unde perpetua fermentatione non solum ingesta eadem inficiantur tinctura, sed & ipsæ ventriculi tunicæ, contagio acido impregnatæ, cibos & potus quoscunque

eodem ſemper tingunt inquinamento. Hinc non ſolum chylus generatur vitioſus, ſed & ventriculum ac hypochondria cum dolore inſigni tendentes ſemper excitantur flatus, qui a ſucco illo acido erumpentes acrimoniæ participes, nervoſum ventriculi orificium vellicantes, dolorem exaſperant, cardialgiam & ſyncopen quandoque efficiunt. Perpetua vero ciborum agitatio oritur, fermentatio & quaſi ebullitio; unde tenuiores illorum ſublimatæ particulæ, os ac linguam ſaliva & humiditate aquea replent; atque inde frequens ſputatio principii hujus affectus comes reperitur inſeparabilis. Cum vero intemperies in ventriculo adoleverit, vigetque aciditas, tunicæ exiccantur nervoſæ, & moleſta inde excitatur, potulentis non extinguenda, ſitis. Furioſa hæc in ventriculo humorum commotio demulceri nequeat, priuſquam viſcidus ille ac acidus ciborum cremor vomitu rejiciatur; unde furor paulo lenitur ſymptomatum, qui a ciborum ingeſtione ſtatim recrudeſcit. Neque aliquando melior ſucceſſus fortunat jejunos; quorum ventriculis viſcida illa ac limoſa adhærens mate-

materia, vellicationis ac tensionis author perpetuus evadit, neque quietem, vel minimam sperat doloris intermissionem hypochondriacus, priusquam potulentis ferina illa lenitur acerbitas. Ventriculum ita & vacuum, & cibis refertum semper laborare visum est: à dolore scilicet extensivo, a flatibus nimium tunicas ejus tendentibus; cum maxima ciborum pars fraceſſit, & fermentationis vi faceſſit in flatus; vel cum aciditatis acrimonia tunicæ adeo vellicantur nervosæ, ut nausea & continuo vomendi urgentur desiderio, nisi potulenta aliqua ingesta materia diluatur & contemperetur succus iste acidus,

Hæc ciborum subita in flatus resolutio, dolores in dorso sæpe procreavit, & calculi terriculamenta simulavit, imo ab incautis pro nephritico sæpe curatur medicis, dum distenta flatibus intestina, ligamenta, quibus dorso affixa propendeant, magis quam par est extendant, & doloribus tensivis in dorso excruciant ægros.

Temperamenta cholerica & habitus corporis tenuior furori hujus mali potis-

sime subjiciuntur quia à caloris augmento dissipantur magis spiritus, & fibræ laxiores & magis flaccidæ reddunturs adeo ut assumpti cibi in ventriculo rite comprimi, & dissoluti fæliciter expelli nequeant, sed in acidam, viscosam & acerbam degenerant materiam; Qua calor viscerum, hepatis scilicet ac lienis magis quam par erat exagitans, in flatus abunde resolvit, atque hinc affectioni huic magis obnoxii inveniuntur cholerici, quorum viscera intemperie laborant calidiori: viri etiam & ætas media, quorum calor naturalem & proportionatam humidi commistionem superaverit, hoc magis infestantur malo, quam fæminæ aut adolescentes: Hinc habitus corporis extenuatur semper, neque pingue scunt, dum malo laborant hypochondriaco.

Alvus semper adstricta est; pigrè sua deponit excrementa. Cum ventriculus tarde suum exequitur officium, venter difficulter suum solvit tributum. Male concoctus ciborum cremor fit viscidus, & in intestinis tenuiori per lacteas privatus succo, multo tenacius illorum parietibus adhæret, & difficilem reddit ex-

excretionem. A limosis etiam primæ concoctionis succis obstructa in hepate vasa cholidocha, expultricis denegant stimulum, adeo ut bilis acrimonia ad evacuationem non solicitantur intestina, sed calore exiccata, in scybala formantur excrementa, & raro excernuntur. Flatus interim retenti abdomen & hypochondria tendunt; atque hinc rugitus & murmura in coli cellulis inflatis, ad latus sinistrum præcipue, audiuntur. Quæ non sola excruciant ægros, sed fluctuatio à liquidis ventriculi fundo contentis, anxietate & querelis solicitat.

Quandoque a ventriculi & intestinorum lubricitate, acidus ciborum cremor viscidus ac fæculentus lactearum ora ptæterlabens gracilia, liquidiores alvi fæces, sed ob visciditatem limosas, terrestres, bubulo stercori similes reddit, plerumque nigras. Hæc alvi lubricitas non accidit solum, quia ora lactearum vix meabilia reperiantur, dum a copia viscidę hujus materiæ, tota intestinorum oblinitur cavitas, ut in membraneam nonnunquam incrassetur duritiem, quæ lactearum ora protinus occludit;

cludat; Sed quia acriores à ſuccis reddantur acidis, nimium expulſivam ſollicitant facultatem, ut nondum chylo privatæ liquidiores egerantur fæces, ac plerumque nigræ. Vitriolata enim illarum aciditas cum bilioſo ſale conjuncta, nigredinem ſtatim concipit, ut in omni ſalium cum vitriolo commiſtione videre liceat. Si diu obſtructa fuere vaſa cholidocha, jamque reſerata copioſe veſiculæ biliaris depoſuere recrementum; humores acres & exaſperati, alvi fluxum ſæpe excitant valde moleſtum; tunc bilioſū, cum excrementa flavo vel viridi tingũtur colore, a copia bilis effuſæ; ſi vero copia acidia ventriculo effluentis ſucci bilioſas figat ſales, nigras reddit fæces, quas melancholicas nominarunt dejectiones, quia nigro inficiantur colore.

Æſtus in hypochondriis, moleſto ardore nunc in dextro, plerumque autem in ſiniſtro, nunc utroque latere miſellos excruciat, qui ab ingeſtis non extinguitur, ſed fermentatione perpetua magis excandeſcit. Acidus enim ille ac fervidus a putrefactione in ventriculo humor, quo majorem concitat fermentationem ac motum, eo & majus parit incen-

cendium: a motu enim nascitur calor. Porro in aciditate calor latet fortis, uti vis illius caustica abunde testatur, non minore ardore aut vehementia pungit acidus succus, quam liquor fervidus; vitrioli oleum caloris æque ac aciditatis effectus commonstrat: acidisque vomitionibus non minus calore excandescit guttur, quam aciditate exasperatur. Imo sæpe tanta est hujus succi acrimonia, ut diuturniori per vomitum ejectione in morbo hoc excoriatum noverim æsophagum: & laryngem contactu solum adeo exasperatum & exiccatum, ut vocem raucam & insonoram redderet, imo gramen & plantas acido hoc per vomitū rejecto conspersas succo, exarescere vidimus, adeo ut vitrioli oleo aciditate et vi caustica cōtendere videatur. Mirum itaque non habeatur si æstū generet in ventriculo; qui cum a flatibus in utrumque extenditur latus, in hypochondriis etiam utrisq; æstuantis hujus humoris furorem hospitare sentiat æger.

Neque in ventriculo solū furentis hujus succi malitia reperitur, sed cū chylo distributus efficit ut ejus fermentatione tota ferveſcat sanguinis massa, in qua salium diversorum pugna, in toto venoso

genere tumultuosam concitavit ebullitionem, quæ nunc in hepatis, nunc lienis vasibus inchoata, æstum & ardorem nunc in dextro, nunc in sinistro latere procuravit.

Urina nunc tenuis (paroxysmi instantis semper indicium) sine, vel cum admodum parvo sedimento, & inconcocta est; plerumque turbida, crassa, rubra, acris ac fætida, cum sedimento rubro, sabuloso, arenularum instar, matularum parietibus adhærente cernitur.

Urina ex potulenta & aquosa ciborum parte constituitur, quæ prout majore vel minore salis ciborum copia impregnetur, & quo longiori vel breviori spatio à calore viscerum vel debiliori, vel forti coquatur, coloris etiam diversitatem obtinuit. Lixivio solum quovis sale impregnato, coctione duntaxat diuturniori, vel breviori, omnes urinarum colores simulavimus. Aqua multa cum sale pauco admista & parum cocta, lixivium pallidum, tenue & aquosum reddidit. Si vero diutius cum majore salis copia coquatur, saturatum magis statim induit colorem, vel flavum, subrufum, rubrum & fuscum.

In

Inconcoctis ita ciborum particulis à debili & relaxato ſtomacho, pars potulenta citiſſime dilabitur, tenui ſolummodo infecta tinctura; ſales in ventriculo non ſeparati dum chylus efficiatur, in corde & venis cum fit ſanguis, ſerum non tingunt; primæ coctionis errores non corrigit natura in ſecunda; adeo ut ſi nulla fuerit particularum in ventriculo ſolutio, cibis adhuc non digeſtis, & indiſſolutis, in venoſo genere nulla ſequetur ſeparatio & tinctura. Atque ſic potulenta ciborum pars intincta pene, pauciſque ſalium impregnata particulis ad renes corruit, & urinam tenuem ac pallidam efficit ſine ſedimento.

Urinæ ſedimentum eſt excrementum concoctionis in corde & toto venoſo genere, qua deficiente mirum non eſt, ſi & illo deſtituatur urina. Hæc urinæ tenuitas inſtantis paroxyſmi eſt indicium. Quia urinæ tenuitas concoctionis debilitatem arguit; unde cibis in ventriculo non concoctis, flatus copioſe excitantur, qui ſymptomatum plurium authores ſunt; Et non cocta in acorem degenerant ingeſta, quorum fermentatione

furenti repente omnia exasperantur symptomata, & fit paroxysmus.

Plerumque verò crassa, turbida, ac rubra cum sedimento rubro & sabuloso hypochondriacorum fit urina. Cum scilicet obstructa in hepate vasa cholidocha, excrementum non deponunt per intestina bilioſum; sed cum sero per renes excernitur; tunc crassa fit urina, turbida, fætida & acris cum sedimento rubro ac crasso, nitente, arenularum instar, parietibus matularum adhærente: crassiores bilis particulæ instar lapidis sæpe in ipso hepatis concrescunt parenchymate, multoque sale abundant, quæ non solum urinas saturo tingunt colore, sed & sedimentum crassum, sabulosum ac splendens sæpe reddit. Si verò acidus ille succus copiose à ventriculo venis communicetur, in toto venoso genere sanguinis ac humorum magna fit commotio, & si à sale acido figantur reliqui sales, fit urina nigra, quæ copiose reddita, materiam peccantem secum duxit & paroxysmum solvit.

Anxietas, cordis palpitatio, pulsus inordinatus intermittens, & sæpe lipothy-

thymia inter ſigna enumerantur pathognomicat Symptomata hæc cum hyſtericis communia habent hypochondriaci; & a ſanguine tenui ac flatulento originem petunt; ſanguis hypochondriacorum tenuis a chylo aquoſo indigeſto, particulis fibroſis in ventriculo non ſeparatis, generatur; diluta & tenuis ciborum tinctura tenuem & pallidum conſtituit ſanguinem. Hic ſubito nonnunquam a ſucco exagitatus acido, ac fermentatione commotus, fervidus ac flatulentus cum impetu majori ſæpius quam debuit in cordis thalamos irruit; unde motus concitatior, frequentior ac rapidus ſubito conciliatur, quo ſinus ſuos ab æſtuanti liberet inimico; quo detumeſcente, ordinate rurſus cor ſuas perficit contractiones; atque hunc motum inordinatum palpitationem vocant, cum ſcilicet ab æſtuanti ſanguine ſubito & confertim in cordis ventriculos confluente, facultas expulſiva validis ac crebris contractionibus ad expellendum onus illud peregrinum & moleſtum inſtigetur. Atque hoc fit æqualibus nonnunquam motibus ſed violentioribus quam par erat.

Ali-

Aliquando inæqualibus, cum impeditos aliquos pulsus necessitate magis urgente, unico sequente majore resarciat. Aliquando cordis ventriculi adeo sanguine hoc tenuiac flatulento, confertim irruente infarciuntur, ut distenti aliquantisper a flatibus, subito rarefactis, sine motu retineantur, pulsusque plane intermittit. Deestque una, vel duæ, vel tres pulsationes; verum postea cor rursus discussis flatibus motum aggreditur. Si verò diutius continuatur hæc ventriculorum inflatio, in motu plane deficit cor; sequiturque, reliquis partibus, denegato sanguine vitali, lipothymia: Anxietas & gravitas circa cor semper contristant ægros, dum scilicet sanguinis tenuioris fermentatione â succis fracidis, subitaque rarefactione, cordis sinus, flaccidiq; pulmonum lobi majori quam par erat copia infarciantur: adeo ut motu libero, ac facili, cor suos thalamos ventilare nequeant.

Eodem modo distenta pulmonum vasa respirationem reddunt difficilem; præcipuè si motu violentiori subito rarefit sanguis, jam a tenui-

rate

tate & perpetua fermentatione satis mobilis: hinc pectoris sentiunt constrictionem graviterque respirant.

Hæc flatulenti & tenuioris sanguinis exagitatio rapidusque motus ac fervor capitis concitarunt dolores: maniæ sæpe, vertigines, epilepsiæ & apoplexiæ nonnunquam authores. Cum enim tenuis nimiumque rarefactus sanguis cerebri vasa maxime distendat, dolores tensivos parit; nimiaque vasorum repletione liber spirituum motus intercipitur; adeo ut nunc singulæ, nunc aliquæ solum deficiant partes. A particularium nervorũ scilicet compressione partibus aliquibus spirituum denegatur influxus: Hinc sæpe deficit loquela, linguaque riget, circa oculos caligo obversatur. Aliquando totum nervosum genus spiritibus privatur, sequiturque Apoplexia. Hinc animi etiam depravantur facultates, Memoria aboletur, phantasia turbatur, motus, tristitia, falsaque imaginatio excruciat. A malo sanguine impuri generantur spiritus, & si in instrumentis deficiat, actiones nunquam perfectas instituit natura.

Si

Si vero flatus in cerebri ſubſtantiam erumpentes cum ſpiritibus uniantur animalibus, vertiginem cauſant. Atque hoc fit cum flatus ſubito à ſanguinis fermentatione rarefacti, a duriori cranio, denſiſque membranis reverberentur, atque hinc ſequentium copia preſſi, exitum qui in ſummo negatur, a latere quærentes, ac undique concluſi circulari circumferuntur motu. Hinc ob ſpiritualium ſimilitudinem cum ſpiritibus (qui ſuâ natura mobiles ſemper ſunt & inquieti) facilè commiſci, eodem modo illas etiam circumducunt; unde objectorum ſpecies ſpiritibus communicatæ, quaſi circulariter etiam mobiles repræſentantur, omniaque ab extra circumferri videntur.

Hæc ſanguinis tenuioris fermentatio vigilias etiam ſomnumque perturbatum, præcipue poſt mediam noctem efficit. Ad meridiem nocturnum bene dormientes, poſtea inſomniis terrore plenis, & vigiliis moleſtantur; præſertim ſi cœna largiori, vel ſero ingeſta ventriculus gravetur, ac tarde ſuum perfecerit officium. Tunc chylus aciditate majore infectus cum in media

nocte

nocte distributionis scilicet tempore, reliquo admisceatur sanguine, nova in venis, inchoatur fermentatio & agitatio. Spiritus animales fervore sanguinis concitantur, benignique vapores, qui spiritus quodammodo figentes a motu ad quietem invitant; turbulenta illa fermentatione dissipantur, spiritusque rursus diffluunt, & ægri somno excitantur. In quibusdam vero cum peracta hac fermentatione spirituum sistatur furor, placide rursus post tertiam vel quartam horam mane succedit somnus.

Pulsatio in Hypochondrio sinistro, præcipue si motu vehementiori aut ira commoveatur æger, magna sentitur. Atque hoc fit a motu arteriæ magnæ ac surculorum cæliacæ sub colo et ventriculo flatibus maxime distentis recumbentium, cum ventriculi, ac coli inflati latus inferius pulsaverint; in superius etiam flatuum constrictorum motu continuatur pulsus, & extrema admotamque manum ferit. Arteriæ primo tunicas inferiores seu posticas, illis sc. proximas flatibus tensas pulsant; hinc incluſus agitur flatus, qui

latus

latus oppositum movet, quo commoto moventur etiam extrema; illisque superpositam manum, veluti in tympano bellico, percusso capite moventur statim chordæ in latere opposito.

Post pastum facies rubore conspersa multum accenditur; quod non tantum a nova sanguinis fermentatione & agitatione accidit, quæ causarum prioritatem obtinuit, unde majorem obtinuit fervorem, ac tenuitatem, magisque vasa distendit: sed quia ventriculus jam flatibus tensus, majori nunc ingestorum copia infarctus, Aortam adeo comprimit, ut a corde deorsum sanguinis impediatur motus circularis, & a cordis propulsus ventriculis, sursum potius in capitis & pulmonum vasibus propellitur; unde difficilior etiam post pastum redditur respiratio, gravatur caput, venæque capillares in facie, tenui frequentique infarctæ sanguine & incendium & rubor em faciunt; A difficili etiam respiratione augetur rubor, cum vel pulmonibus otiosis aut nimium infarctis, a Jugularibus venis recurrens non admittatur sanguis: ut in suffocatis &

Asthma-

Asthmaticis videre liceat; quorum pulmones ægrè moventes, à faciei & capitis venis majoribus & capillaribus nimium infarctis, sanguinem relabentem non admittunt, sed faciem rubicundam aut lividam semper relinquunt.

CAP.

CAP. VII.

De juvantibus in Hypochondriacis affectibus.

REmedia quibus malum hoc profligare conantur medici, non minus causas stabiliunt assignatas.

Affectum hunc & ægro & medico difficilem alvi laxitate moderatâ, aut vomitu cum εὐφορίᾳ demulceri aiunt. Quia hisce evacuationibus, acida illa, limosa ac flatulenta materia à ventriculo & intestinis deturbatur, & nisi frequentia nimis peccant, magnum inde sæpe expectatur levamen; frequens vero horum remediorum usus, ventriculum debiliorem, atque laxum magis efficit; fortiora etiam medicamenta, viscera debilitant, & calefaciunt, humoresque nimium commoventia paroxysmum asperiorem generant, atque sic in mali causam degenerat remedium.

Narium hæmorrhagia, hæmorrhoidum apertione, mensium profluvio, & varicibus etiam expectatur salus. Sanguinis ebullientis & agitati diminutionem non parum prodesse observarunt & medici & ægri: Hoc enim modo cerebrum à furenti non provocatur & accenditur sanguine, sed spiritus suos feliciter satis componit & distribuit; ut ventriculi fibræ fortiùs constringentes, cibos & meliùs amplectantur & expellant, ac vapores à pastu benigni, aciditate vel acrimoniâ infecti nullâ, spiritus illos jam facile ad quietem & somnum disponunt. Pulmonum vasa ebullienti non infarcta sanguine, non gravant respirationem; sed facile musculorum motum flaccidi sequuntur pulmones. Ventriculus, minori partium adjacentium infestus calore, rectius suum exequitur officium; spiritus animales nimio non dissipati sanguinis calore, fibras inflant, & contrahunt, ut ingesta fæliciùs concoquat stomachus, digesta citò in intestina comprimat, ut mora longiori acido illo non infecta inquinamento, singulis alimentum præbeant idoneum.

Hæmor-

Hæmorrhoidum vero apertio vel arte vel natura instituta, majorem ideo attulit utilitatem, quam venarum reliquarum sectio; quia ventriculum, intestina, cæteraque abdominis viscera immediate magis lacunat; unde sanguinis circa ventriculum diminutus fervor, flatus tam copiosè non excitat. Hæmorrhoides immediate magis à visceribus abdominis derivant, quia venæ hæmorrhoidales ab arteriis mesentericis suum recipiunt sanguinem, é quibus effusus, à Cæliacæ & Mesentericæ superioris furculis (hepati, ventriculo & lieni famulantibus) ob originis vicinitatem immediatè magis derivatur sanguis, unde minor circa ventriculum, hepar & lienem sanguinis reperitur & quantitas & fervor, fæliciterque magis succedit concoctio. In brachii verò vel pedum venis, majori à visceribus concoctionis distantiâ separatis, non tam immediata est derivatio, ideoque minus profuit.

Eadem ratione in mulieribus mensium profluvio symptomatum horum demulceri furorem est compertum. Atque hinc rarò fœminas invenire licet hypo-

hypochondriacas. Menstruali enim evacuatione à ventriculo viciniſque viſceribus derivatur ſanguis, & contemperatur ejus orgaſmus, adeo ut feliciter ſua exequantur officia. Si verò deficiat hoc naturæ præſidium, ventriculi, hepatis, lieniſque vaſa ſtatim ſanguinis pleniori gravantur infarctu, ut cibos nec appetant nec digerant, ſed ſub flatuum ac ſanguinis accenſi copiâ laborantes, aut a malo hoc plerumque incurabili, aut paſſione hyſtericâ cruciantur.

A varicibus etiam ſæpe obtinuere ſalutem, quomodo verò varices vel morbum, vel morbi cauſam, aut ſymptomata diminuant, inquirendum eſt. Varicis ab humoribus melancholicis, ac craſſis in venis congeſtis, illarum tunicas tendentibus fieri contendunt medici. Quomodo verò humores craſſi in venis congeri poterint, ſine vaſorum obſtructione, impedita ſanguinis circulatione, rationi conſentaneum non eſt. At obſtructa vaſa affectum hunc non tollunt, imo inter cauſarum catalogum hujus mali enumerantur. Varicum itaque alia eſt indaganda gene-

rationis via: & a laxatis in parte aliqua venarum fibris, a nimia per flatus tensione illos generari animadvertimus. Cum fibrarum (quocunque modo debilitentur) læsa sit actio, ut æqualibus contractione non contendant viribus; sed in parte hac laxiores, magis pressioni cuilibet facile cedant; Flatus tunc in sanguine fermentatione semper commoti, locum quærentes ampliorem, venarumque latera tendentes, laxatas fibras propellunt magis, eoque in loco tunicam in tumorem mollem, & pressioni cedentem attollunt, quem verrucam appellant. Quomodo vero hi venarum tumores affectum hunc lenire poterint inquirendum est. Flatus in sanguine commotos, multorum circa ventriculum, pulmones, cor, ac cerebrum symptomatum authores fuisse diximus, qui cum in extremis, tumoribus hisce varicosis diversorium offendant; tanta violentia interna illa non excruciant viscera, atque sic sub minori paroxysmi ferocitate laborant ægri; levantque dolorem varices revulsis a visceribus ad extrema flatibus.

Amara

Amara omnia prosunt & ventriculo amice habentur: laxatas quia fibras sua stipticitate contrahant, ac sale quo maxime abundant putrefactionem retardant, acidos in ventriculo figunt succos & edulcorant, limosos etiam & viscosos, hepatis aliorumque viscerum obstruentes vasa, abstergunt humores; ac superfluam, qua relaxantur fibræ, absumunt & exiccant humiditatem: Dulcia è contra, fibras relaxant, ac spiritibus suis corrosivis sanguinem accendunt & fundunt, adeo ut in omni salium luctu, majori violentia in flaccidas & debiles statim ducatur partes, spirituque dissipando, laxiores illas & debiles magis reddat.

Diureticis etiam (docente natura) mali hujus profligatur furor. Quia sic à sanguine succi illi per urinas separantur acidi, ut fermentatio illa in venis contemperetur molesta. Diuretica omnia multo sale gaudent, qui non solum tenuem illam & aquosam sanguinis partem separat, & ad renes invitat; sed & succos figit acidos; & cum sero propellit, omnique resistit fermentationi.

Nova nondumque defæcata cerviſia ſalis manipulo, aut abſinthio, (in quo multum ſalis reperitur) infuſo, clareſcit; et fermentatio, quâ turbulenta et craſſa fit, ſtatim ſedatur, craſſæ et turbidæ præcipitantur particulæ, acidi figuntur ſales, et dulceſcit: Atque hac ratione tartarum, abſinthii et centaurii ſales tanti ſunt in curatione hujus mali valoris; quia ſuccos figendo et præcipitando acidos, fermentationem tollunt, atque ſic ſine tumultu et turbatione cibi in ventriculo diſſolvuntur, et ſanguis per totum pacatius circulatur Microcoſmum.

Efficaciſſima vero chalybs et acidulæ habentur remedia; non autem quia pondere ſuo aut proprietate aliqua obſtructiones reſerant, ut humores melancholici ſic per ſedem excernantur nigri, uti ſomniarunt medici; ſed ob facultatem ſtipticam.

Acidulæ ideo proſunt, quia chalybis vitriolo impregnantur: chalybs vero profuit, quia ſale vitriolato abundat, qui ſtipticam et ſtringentem habens facultatem partes conſtringit laxas, atque eo nomine malo huic adverſatur.

Laxatas

Laxatas & flaccidas ventriculi fibras morbi hujus, ſicuti & aliorum plurium fuiſſe cauſam diximus; quomodo vero à ferri ſtipticitate ſubſidium & curam obtinuerunt inquirendum eſt.

Chalybis vitriolum eſt ſtipticum egregium, laxatas partes contrahit ac figit, flaccidas cogit ac firmat, ac disjunctas unit, debileſque ſic confortat ac roborat, ut quævis ſuum fælicius perficiat opus. Hoc autem agit vitriolum vel ſuperfluam & relaxantem diluendo humiditatem, ut è poris facilius exprimatur; & inde partes cogendo, ſic unit & firmat; ut peregrinos tam facile non admittant humores, vel fibras exiccando, firmiores reddit, ut ſpiritus influentes facilius illas impleant & contrahant. Quod vero vitriolum partes condenſat & contrahit, docet ſatis linguæ aſperitas & contractio, ſi modo leviori tactu in illam affricetur. Panni lanei etiam qui illo tinguntur, duriores videntur & aſperius tactum ferunt, quam qui alia inficiuntur tinctura. In ventriculo itaque acceptum hoc vitriolum laxatas fibras contractiones & conſipatas magis efficit, ut ingeſtos cibos aſperius amplecti;

plecti; & digestos fælicius exprimere poterit, ut nihil in fundo acescere relinquatur, sed probe concoctus & dissolutus cibus, continuata contractione in intestina expellitur totus; ubi nova (adjuncta bile) inchoatur fermentatio & inde perfecta præcipitatur ac separatur ciborum tinctura, lacteis colligenda. In quorum ora fibrarum intestinorum continuata contractio impellitur, non suctione attrahitur. Quanto autem intestinorum fibræ fortius se stringant, tanto rectiùs per lacteas distribuitur chylus; si vero laxiores reddantur, flatibus statim distenduntur intestina, ut chylum ab excrementis, illorum compressione ac constrictione separare nequeant. Quæ intestinorum levitas & fibrarum laxitas, vitriolo hoc chalybis fæliciter etiam corriguntur. Cæteraque viscera contracta ac firmiora hujus stipticitate reddita, omnem respuunt humiditatem superfluam, neque flatuum tensioni immoderatæ cedunt; sed omnes partium fibræ æqualiter tensæ; & contractæ æqualibus omnem violentiam opponunt viribus.

CAP.

CAP. VIII.

De nocentibus in Hypochondriacis.

NOcent primo in diæta errores cum vel non justa quantitate, aut tempore non opportuno ingerantur, aut qualitatibus nocivis impregnentur cibi.

Cibi licet succi benignioris fuerint, multumque nutrimenti faciliſque concoctionis habeantur, ſi quantitate nimia ventriculi diſtendant fibras, ut expulſioni tempore debito non ſufficiant, aceſcunt ſtatim, atque hinc moleſta incitatur fermentatio, totaque inficitur chyli maſſa.

Siquidem ſi indigeſtis prioribus aut ſaltem è ventriculo cibis non excluſis, ingerantur alii; illorum fracida putredo, atque inde fermentatio moleſta poſteriorem reſolutionem impediet, & chylum viſcoſum, acidum & flatulentum generat.

Si

Si qualitatibus gaudeant nocivis, quæ ſcilicet vel partium ſeparationem retardare, aut ventriculi actione pertinacius reſiſtere poterint. Quæ etiam ventriculi fibras nimia imbuunt humiditate, eaſque relaxant, aut acrimonia ferina ad expulſionem præcipitem excitant. Si particulis flatulentis luxurient, qualia ſunt fructus hortarii, qui non ſolum flatibus fibrarum contractionem impediunt, ſed facile ac cito putreſcentes acorem contrahunt. Et quo magis ſpiritibus fermentatione hac exaltatis abundant, eo citius, ac majorem aſciſcunt aciditatem. Succi enim ſpirituoſi ſi à cæteris poſt fermentationem ſeparentur particulis mitem ac blandam exuentes naturam, vinoſi fiunt; ſed ſi diutius quam par erat cum fæculis una commiſceantur, à ſolutis ſalibus præcipue acidis figuntur rurſus, eoque majorem contrahunt acrimoniam & ferociam, quo magis ſpiritibus abundant vinoſis.

Ob hanc itaque rationem inimica eſſe omnia obſervantur vina, liquores fortiores & ſpirituoſi, qui in ventriculo aciditatem majorem acquirant, & fermentationem illam ac turbationē, Hypochon-

pochondriacis assuetam, pertinaciorem ac citius concitant, quam liquores alii mitiores ac minus spirituosi.

Vigiliæ nimiæ, exercitia immoderata, animi nimia intentio, lucubrationes, præsertim a cœna, & animi pathemata affectum hunc fovere & augere solent. Quia caloris ac spirituum revocatione vel digestionem in ventriculo retardant, aut quia sanguinem spirituosum nimis ac flatulentum commovent nimium & colliquant, unde fermentatio universalis conciliatur, & in furorem adiguntur particulæ spirituales omnesque exinde læduntur actiones.

Otium denique ac vita sedentaria nocent, quia partes emolliunt ac fibras relaxant, unde in extremis adeo feliciter sanguinis, non perficitur Circulatio; sed in vasibus præcipue majoribus celebratur. Atque inde ad interiora retractus calor, ea relaxat nimium ac debilitat, ut rite sua exequi officia nequeant.

CAP.

CAP. IX.

An chalybs in Affectione Hypochondriaca Utilis sit?

IN affectionis hujus curatione multum celebrari chalybem, & Veterum & recentiorum observationes abunde testantur. Quomodo vero quave virtute aut energia tale præstat officium, controvertitur. De temperamento non minus litigantes; nonnulli illum temperatum, alii frigidum, alii calidum, & siccissimum esse; atque ideo in hac affectione minus convenire volunt. Alii pondere partes obstructas permeare, & ita ab infarctu liberari vasa contendunt. Alii abstergendi & aperiendi vim habere statuunt, atque sic mucosas obstruentesque particulas eliminari volunt, cum humores à parte cui adhæreant quasi abradat. Alii peculiarem cum humore melancholico & adusto habere cognationem,

nem, atque ideo illam seu atrahere seu imbibere, & cum eo uniri autumant; cum bilis atra seu melancholia vitriolatæ naturæ sit particeps, & ferruginei quid sapiat, quæ cum crassiori chalybe unita per alvum exturbatur: Alii illum astringere; calorem & humorum effervescentiam exprimere; atque ideo in dysenteria perutile habetur remedium. Alii illum deliccare & ulcera agglutinare; Alii alvum turbare, vomitumque ciere; alii vomitum sistere; ac reprimere contendunt. Adeo ut non leve foret negotium determinare, an consultius illi fecerint, qui in dysenteria & hæmorrhagia (ut sistatur fluxus) chalybis suaserunt usum: an qui in viscerum & mesenterii obstructione ut fundantur humores & reserata vasa infarctus exturbent suos, usum etiam suadeant chalybis. Sine discrimine à medicis præscribitur, & experientia approbat usum: non solũ hæmorrhagias alioſque sistit fluxus, sed & hepatis lieniſq; obstructionibus aperiendis utilis est.

Diversitatem operationis quærunt nonnulli ex diversitate præparationis. Alii ex quantitate & proportione doseos; alii ex sulphuris & mercurii commistione,

mitione, aut fuga, cum igne violentiori absumantur.

Sed de hisce audiamus Senertum. Præparationem quod attinet, licet plures (inquit) illum resolvendi apud chymicos reperiantur modi, omnes ad mutationem in vitriolum aut vitriolatam naturam tendunt. Præparatio itaque non diversificat effectum, cum ab illa, quæcunque fuerit, solum resurgit vitriolum, aut quid vitriolatum: quod ratione suarum qualitatum, aut partium distinctione, diversos effectus producere nequeat. Alius itaque agendi modus quærendus est, & quomodo vitriolum hoc chalybis tam solvendo quam stringendo præstet, videamus.

Vitrioli virtus propria est constringere; de quo Galen. lib. 9. De simpl. medic. facult. *Vehementissimæ adstrictioni admixta est caliditas non instrenua; constat ergo, quod maxime condire & servare carnes humidas potest, nimirum caliditate humidatatem absumens, atque abstrictione substantiam contrahens & constipans; hoc enim opere nonnihil humiditatis ipsius exprimit, constringit, etiam desiccat atque contrahit in se substantiam carnis.* Vehementissime adstringit

ſtringit vitriolum; chalybis etiam omnes præparationes vitriolum efficiunt: et cum vitriolatæ naturæ unus et idem ſit modus agendi, *humiditatem caliditate abſumens, et adſtrictione ſubſtantiam cotrahens et conſtipans* facultate ſtiptica et reſtrictiva, qua maxime pollet, chalybem actiones haſce uttaſqúe perficere dicimus.

Fluxus omnes, hæmorrhagiam, et dyſenteriam ſtipticitate ſua cohibere facile conceditur. Inteſtinorum lubricitatem et laxitatem conſtringit; poros conſtipando ſudores reprimit; hæmorrhagiam ſiſtit, aperta vaſa reſtringendo conſolidat, expectorationem prohibet, cum vaſa cohibendo anguſtiora reddat.

Quomodo vero ſua ſtipticitate contrariam peragit actionem, et obſtructiones, uti volunt Medici, reſerant, non tam certa fide amplectitur. Cachecticis, menſtruis ſuppreſſis, et hypochondriacis chalybis uſum ſuadent, ût hepatis, lienis ac uteri obſtructiones eliminentur: et effectum expectationi reſpondentem inveniunt, lunare tributum reddit non menſtruata; floret facies cachecticæ', et hypochondriacus ſuos non metuit timores. An vero hoc agit

chalybs vasa aperiendo obstructa, non immerito dubitamus, cum vasa in hisce affectibus re aliqua extranea non semper occludi judicamus. Sed cum vasa accidenti aliquo levi restricta, naturæ impulsui non obedientia, excretioni aut circuitui non facilem præbeant sanguini exitum; ad interiora repulsus recurrit sanguis, & ad vasa retrahitur majora. Quæ, copia affluente majore quam par erat, ulterius semper distenta relaxantur, ut in illis spatium seu hospitium largius quam soleat, præbeatur. Unde ad extrema aut vasa minora non relaxata, non tanta circulatur vi, ac celeritate; sed in majoribus præcipue celebratur, adeo ut minora vasa minus distenta, onus illud naturæ molestum & plethoram deponere non solicitantur. Atque hinc in medicorum observationibus ut obstructa æstimantur, cum revera sanguis in majoribus & nimium relaxatis internis præcipue circulatus ac retentus; in minoribus exitum aut evacuationem non quærit; sed relaxata & debilitata majora vasa, onus illud susçipiunt totum, redundantiæ impetum ferunt, & consuetas evacuationi excusant vias. Hinc

Hinc Cachecticæ Virgines menſtruis deficientibus licet ſanguis maxime redundat, pallidæ tamen & decoloratæ ſemper inveniuntur; cum venis in extremis exilibus, pulſuque debilioi. In venis autem internis majoribus, multum redundat ſanguis; maximeque diſtenduntur vaſa, præcipue in pulmonibus, ac capite; atque hinc difficilis reſpiratio, & dolor capitis, cum narium hæmorrhagia frequenti, cachexiæ comites reperiantur:

Atque hiſce vicem remedii obtinuit chalybs; quorum ſcilicet vaſa interiora cuncta, aut partis alicujus particularis præcipua nimium relaxata, totius maſſæ redundantiam recipiunt, atque inde debilitantur, vicinas partes gravant, & debitam circulationem retardant. Hæc vitrioli ſtipticitas conſtringit rurſus & contrahit, ut æquali proportione ad ſingula vaſa derivetur ſanguis, atque hoc modo ſingulis partibus proportionatus communicatur & ſanguis & calor, ac vaſa excretioni dicata redundantiam illam ac onus proprium modo in majoribus internis contentum ſuſcipiunt, debitoque tempore excernunt, non quod obſtructa reſerat, ſed quia

nimium relaxata constringit chalybs.

Sed hic objici poterit, licet præparationes Chymicæ chalybem in vitriolum resolvant; atque sic stipticitate sua constringat vasa, ut in dysenterica & fluxibus sistendis multũ prodesse poterit: non præparatus autem aut crudus, ut obstrictiones eliminentur, exhibentur; atque hoc modo efficaciter magis operatur: unde credendum est non stipticitate opus hoc referandi, ut dictum est, peragi, sed virtute alia abstergente, quâ in præparatione privatur.

Chalybs præparatus feliciori forsan successu in obstrictionum eliminatione suadeatur, quam non præparatus, ac minori nausea ventriculum gravat. Vbi in stomacho scilicet, crudus æque ac in vitriolum reductus, dissolvuntur ambo, & excremento æquali nigredine tingunt. Si itaque in ventriculo solvatur crudus, aut non præparatus; idemque quod à chymicis artificiali illorum dissolutione, naturali illa in ventriculo agatur, eosdemq; & in morbo & excretis edat effectus; quid obstat quin & easdẽ facultates ab eodem agendi principio luxuriantes habere concludamus?

FINIS.

nimium relaxata constringit chalybs.

Sed hic objici poterit, licet præparationes Chymicæ chalybem in vitriolum resolvant; atque sic stipticitate sua constringat vasa, ut in dysenterica & fluxibus sistendis multũ prodesse poterit: non præparatus autem aut crudus, ut obstrictiones eliminentur, exhibentur; atque hoc modo efficaciter magis operatur: unde credendum est non stipticitate opus hoc referandi, ut dictum est, peragi, sed virtute alia abstergente, quà in præparatione privatur.

Chalybs præparatus feliciori forsan successu in obstrictionum eliminatione suadeatur, quam non præparatus, ac minori nausea ventriculum gravat. Vbi in stomacho scilicet, crudus æque ac in vitriolum reductus, dissolvuntur ambo, & excremento æquali nigredine tingunt. Si itaque in ventriculo solvatur crudus, aut non præparatus; idemque quod à chymicis artificiali illorum dissolutione, naturali illa in ventriculo agatur; eosdemq; & in morbo & excretis edat effectus; quid obstat quin & easdẽ facultates ab eodem agendi principio luxuriantes habere concludamus?

FINIS.